ἑορτάζοντες τῷ Ἑρμῇ, μέλι καὶ σῦκον ἐσθίουσιν, ἐπιλέ-
γοντες, ΓΛΥΚΥ Η ΑΛΗΘΕΙΑ. Τὸ δὲ τῆς Ἴσιδος φυλακ-
τήριον, ὃ περιάπτεσθαι μυθολογοῦσιν αὐτὴν, ἐξερμηνεύεται
ΦΩΝΗ ΑΛΗΘΗΣ. Τὸν δὲ Ἁρποκράτην οὔτε θεὸν ἀτελῆ
C καὶ νήπιον, οὔτε χεδροπῶν τινα νομιστέον, ἀλλὰ τοῦ περὶ
θεῶν ἐν ἀνθρώποις λόγου νεαροῦ καὶ ἀτελοῦς καὶ ἀδιαρ-
θρώτου προστάτην καὶ σωφρονιστήν· διὸ τῷ στόματι τὸν

B. 5. ἑτέρως] Sic Baſ. Xyl. E. Mez. Squir. Vulgo ἑτέρως.

B. 5. ἐπὶ τὸν λόγον ἀνοιστέον] Ita præbuit Exempl. Turneb. quocum conſentit varia lectio in margine Venet. codicis ἀνοιςέον. Meziriacus haud inepte περὶ τῶν λόγων ἀνοιςέον. Vulgo περὶ τὸν λόγον ἀνιςέον.

B. 11. θεὸν ἀτελῆ] Sic E. Ald. Baſ. Xyl. Vulgo θεῶν.

apprime ratione e philoſophia deſumpta, quæ nos ſacris initiet, ſancte eorum quæ aguntur dicunturque unumquodque conſiderare; ne, quomodo Theodorus dicebat, ſe orationes dextra porrigente, auditorum nonnullos læva eas accipere: ſic nos quæ leges de ſacrificiis et feſtivitatibus bene præcipiunt, aliter quam rectum eſt intelligentes, peccemus. Etenim omnia eſſe ad rationem referenda, ex ipſis illis poteſt deprehendi. Undevigeſima die primi menſis, diem Mercurio feſtum celebrantes, mel et ficos edunt, ſimul dicentes, *Dulce eſt veritas.* Iſidis amuletum, quod appendiſſe eam ſibi fabulantur, interpretatum ſonat *Vocem veram.* Harpocrates neque deus imperfectus et infans putandus eſt, neque ullum leguminum: ſed præſes atque corrector recentis, imperfectæ, et incompoſitæ hominum de diis ſen-

Digitized by Google

δάκτυλον ἔχει προσκείμενον ἐχεμυθίας καὶ σιωπῆς σύμβολον· ἐν δὲ τῷ Μεσορὴ μηνὶ τῶν χεδροπῶν ἐπιφέροντες λέγουσιν, ΓΛΩΣΣΑ ΤΥΧΗ, ΓΛΩΣΣΑ ΔΑΙΜΩΝ. Τῶν δ' ἐν Αἰγύπτῳ φυτῶν μάλιστα τῇ Θεῷ καθιερῶσθαι λέγουσι τὴν περσέαν, ὅτι καρδίᾳ μὲν ὁ καρπὸς αὐτῆς, γλώττῃ δὲ τὸ φύλλον ἔοικεν· οὐδὲν γὰρ ὧν ἄνθρωπος ἔχειν πέφυκε, θειότερον λόγου καὶ μάλιστα τοῦ περὶ θεῶν, οὐδὲ μείζονα ῥοπὴν ἔχει πρὸς εὐδαιμονίαν. Διὸ τῷ μὲν εἰς D
τὸ χρηστήριον ἐνταῦθα κατιόντι παρεγγυῶμεν, ὍΣΙΑ ΦΡΟΝΕΙΝ, ΕΥΦΗΜΑ ΛΕΓΕΙΝ. Οἱ δὲ πολλοὶ γελοῖα δρῶσιν ἐν ταῖς πομπαῖς καὶ ταῖς ἑορταῖς, εὐφημίαν προκηρύττοντες, εἶτα περὶ τῶν θεῶν αὐτῶν τὰ δυσφημότατα καὶ λέγοντες καὶ διανοούμενοι.

ξθ'. Πῶς οὖν χρηστέον ἐπὶ ταῖς σκυθρωπαῖς καὶ ἀγελάστοις καὶ πενθίμοις θυσίαις, εἰ μήτε παραλιπεῖν τὰ νενομισμένα καλῶς ἔχει, μήτε φύρειν τὰς περὶ θεῶν

C. 7. τῇ Θεῷ] τῷ Θεῷ, ſcil. Harpocrati corrigit Cuperus Harpocr. p. 21.
D. 2. παρεγγυῶμεν] Dedi ex E. Venet. Vulgo παρεγγυῶμαι. Mox ΕΥΦΗΜΑ, vel invitis omnibus libris recepimus, cum Mez. Bentl. Markl. Squir. loco vulgati εὔσχημα.

tentiæ; itaque et digitum ori impoſitum tenet, argumentum taciturnitatis et ſilentii: et menſe Meſore offerentes ei legumina, dicunt, *Lingua eſt fortuna, lingua genius.* De ſtirpibus Ægyptiis maxime conſecratam deæ aiunt Perſeam; quod ejus fructus cordis, folium linguæ ſpeciem refert. Quippe eorum quæ homini obtingere poſſunt omnium nihil divinius eſt oratione, præcipue de diis, neque majus res ulla ad felicitatem momentum adfert. Itaque hic oraculum intraturo mandatur, *ut ſancte ſentiat, et modeſte loquatur.* Plerique autem ridicule agunt, qui in pompis et feſtivitatibus favere linguis jubentes, poſt de diis ipſis peſſimi ominis voces ſententiaſque uſurpant.

LXIX. Quomodo ergo triſtia illa et riſus expertia ac lugubria ſacrificia ſunt obeunda? ſiquidem neque omittere legibus præſcripta convenit,

δόξας, καὶ συμπαράττειν ὑποψίαις ἀτόποις; Καὶ παρ'
Ἕλλησιν ὅμοια πολλὰ γὰρ περὶ τὸν αὐτὸν ὁμοῦ τι χρό-
E νον, οἷς Αἰγύπτιοι δρῶσιν ἐν τοῖς ὁσίοις. Καὶ γὰρ Ἀθήνησι
νηστεύουσιν αἱ γυναῖκες ἐν Θεσμοφορίοις χαμαὶ καθήμεναι.
Καὶ Βοιωτοὶ τὰ τῆς Ἀχαιᾶς μέγαρα κινοῦσιν, Ἐπαχθῆ
τὴν ἑορτὴν ἐκείνην ὀνομάζοντες, ὡς διὰ τὴν τῆς κόρης
κάθοδον ἐν ἄχει τῆς Δήμητρος οὔσης· ἔστι δὲ ὁ μὴν
οὗτος περὶ πλειάδα σπόριμος, ὃν Ἀθὺρ Αἰγύπτιοι, Πυα-
νεψιῶνα δὲ Ἀθηναῖοι, Βοιωτοὶ δὲ Δαμάτριον καλοῦσι.
Τοὺς δὲ πρὸς ἑσπέραν οἰκοῦντας ἱστορεῖ Θεόπομπος
ἡγεῖσθαι καὶ καλεῖν, τὸν μὲν χειμῶνα Κρόνον, τὸ δὲ
θέρος, Ἀφροδίτην, τὸ δὲ ἔαρ, Περσεφόνην· ἐκ δὲ
F Κρόνου καὶ Ἀφροδίτης γεννᾶσθαι πάντα. Φρύγες δὲ τὸν
θεὸν οἰόμενοι χειμῶνος καθεύδειν, θέρους δ' ἐγρηγορέναι,
τοτὲ μὲν κατευνασμοὺς τοτὲ δὲ ἀνεγέρσεις βακχεύοντες

E. 3. *μέγαρα κινοῦσι*] Tuetur Squir. eo ſenſu, ut *parva quædam fana Cereris Achææ circumtulerint*. Spanhem. ad Callim. Cer. 12. corrigit Μεγαλάρτια κινοῦσιν. Toup. Append. ad Theocrit. p. 44. μέγαρα οἰκοῦσιν. Adhuc ſub judice lis eſt. Unus E. a vulgato aliud habet, idque a prima manu, κονιῶσι, quod forte ſit *pulvere adſpergunt*: corrector vulgatum κινοῦσι repoſuit.

neque opiniones de diis confundendæ et cum ſuſpicionibus abſurdis miſcendæ ſunt. Atqui quo tempore Ægyptii ſacris operantur, multa eodem tempore ſimilia apud Græcos aguntur. Nam et Athenis mulieres Theſmophoria obeuntes jejunant humi deſidentes. Et Bœoti Achææ Megara movent, feſtivitatemque eam *moleſtam* nominant, quod nimirum Ceres ob Proſerpinæ filiæ deſcenſum in dolore ſit. Fiunt hæc menſe ſationis circa Virgiliarum ortum, quem menſem Athyr Ægyptii, Pyanepſionem Athenienſes, Bœoti Damatrium, id eſt Cerealem nuncupant. Theopompus narrat eos qui ad Solis occaſum habitant, cenſere et appellare hyemem Saturnum, æſtatem Venerem, ver Proſerpinam: et omnia naſci ex Saturno atque Venere. Phryges deum opinantes hyeme dormire, æſtate vigilare, hyeme ſopitiones

αὐτοῦ τελοῦσι. Παφλαγόνες δὲ καταδεῖσθαι καὶ καθείργνυσθαι χειμῶνος, ἦρος δὲ κινεῖσθαι καὶ ἀναλύεσθαι φάσκουσι.

ό. Καὶ δίδωσιν ὁ καιρὸς ὑπόνοιαν ἐπὶ τῇ τῶν καρπῶν τῇ ἀποκρύψει γενέσθαι τὸν σκυθρωπασμὸν, οὓς οἱ παλαιοὶ θεοὺς μὲν οὐκ ἐνόμιζον, ἀλλὰ δῶρα θεῶν ἀναγκαῖα καὶ μεγάλα πρὸς τὸ μὴ ζῆν ἀγρίως καὶ θηριωδῶς. Καθ' 379
ἣν δὲ ὥραν τοὺς μὲν ἀπὸ δένδρων ἑώρων ἀφανιζομένους παντάπασιν καὶ ἀπολείποντας, οὓς δὲ καὶ αὐτοὶ κατασπείραντες ἔτι γλίσχρως καὶ ἀπόρως, διαμώμενοι ταῖς χερσὶ τὴν γῆν καὶ περιστέλλοντες αὖθις, ἐπ' ἀδήλῳ τῷ πάλιν ἐκτελεῖσθαι καὶ συντέλειαν ἕξειν ἀποθέμενοι, πολλὰ θάπτουσιν ὅμοια καὶ πενθοῦσιν ἔπραττον. Εἶτα ὥσπερ ἡμεῖς τὸν ὠνούμενον βιβλία Πλάτωνος, ὠνεῖσθαι φαμὲν Πλάτωνα, καὶ Μένανδρον ὑποκρίνεσθαι τὸν τὰ Με-

F. 8. γενέσθαι] Sumpſi ab A. E. Flor. Petav. Pol. Jannot. Dedit item Squir. Vulgo γεννᾶσθαι.

A. 1. καθ' ἣν δὲ ὥραν—κατασπείραντες] Cum antecedentibus jungenda: καθ' ἣν δὴ ὥραν—ἀπολείποντας, τοὺς δὲ καὶ αὐτοὶ κατασπείραντες.

A. 9. Μένανδρον—ὑποτιθέμενον] Legendum Μένανδρον—διατιθέμενον. Vulgo: Μένανδρον τὸν ὑποκρίνεσθαι τὰ Μ. π. ὑποτιθέμενον.

ei, æſtate excitationes bacchando celebrant. Paphlagones vinciri eum atque coerceri hyeme, vere moveri et ſolvi aiunt.

LXX. Et temporis ratio injicit ſuſpicionem, triſtia ſacra inſtituta eſſe ob occultationem fructuum: quos antiqui non deos, ſed dona putaverunt deorum magna et neceſſaria ad feræ et belluinæ vitæ evitationem: quo ſane tempore fructus arborum omnino defeciſſe abolitoſque eſſe cernebant, alios ipſi ſerentes parce et cum penuria, terraque manibus hauſta occultabant, incerta ſpe fructus capiendi deponentes, multa agitabant in morem ſepelientium atque lugentium. Porro ſicuti nos eum, qui libros Platonis emit, emere Platonem dicimus, et Menandrum agere, qui poema Menandri agit: ita

γάνδρου ποιήματα ἀποτιθέμενον, ὥσπερ ἐκεῖνοι τοῖς τῶν θεῶν ὀνόμασι τὰ τῶν θεῶν δῶρα καὶ ποιήματα καλεῖν
B οὐκ ἐφείδοντο, τιμῶντες ὑπὸ χρείας καὶ σεμνύνοντες· οἱ δὲ ὕστερον, ἀπαιδεύτως δεχόμενοι καὶ ἀμαθῶς ἀναστρέφοντες ἐπὶ τοὺς θεοὺς τὰ πάθη τῶν καρπῶν, καὶ τὰς παρουσίας τῶν ἀναγκαίων καὶ ἀποκρύψεις, θεῶν γενέσεις καὶ φθορὰς οὐ προσαγορεύοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ νομίζοντες, ἀτόπων καὶ παρανόμων καὶ τεταραγμένων δοξῶν αὐτοὺς ἐνέπλησαν, καίτοι τοῦ παραλόγου τὴν ἀτοπίαν ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχοντες, οὐ μόνον Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος, ἢ ἑξῆς οἱ τοὺς Αἰγυπτίους εἰ θεοὺς νομίζουσι, μὴ θρηνεῖν, εἰ δὲ θρηνοῦσι, θεοὺς μὴ νομίζειν, ἀλλ' ὅτι γε-
C λοῖον ἅμα θρηνοῦντας εὔχεσθαι, τοὺς καρποὺς πάλιν ἀναφαίνειν καὶ τελειοῦν ἑαυτοῖς, ὅπως πάλιν ἀναλίσκωνται καὶ θρηνῶνται.

οα'. Τὸ δὲ οὐκ ἔστι τοιοῦτον, ἀλλὰ θρηνοῦσι μὲν

B. 8. ἔχοντες, οὐ μόνον—νομίζειν, ἀλλ' ὅτι γελοῖον ἅμα θρηνοῦντας] Corrigo: ἔχοντες. Ὁ μὲν οὖν Ξενοφάνης ὁ. Κ. ἠξίωσε τοὺς Αἰγυπτίους—νομίζειν· ἄλλοι δὲ ἐγέλων, ἅμα θρηνοῦντας: vel in poſtremis ita νομίζειν· ἄλλως δὲ γελοῖον ἅμα θρ. Verſionem correxi.

C. 2. ἑαυτοῖς] Recte Squir. ἑαυτούς. Itaque Latina emendavimus.

illi nomina deorum liberaliter donis ac operibus deorum tribuerunt, ob utilitatem ea honorantes atque exornantes. Sed poſteri horum indocte iſta accipientes, imperiteque in ipſos deos detorquentes, ea quæ frugibus accidunt alias exorientibus alias occultatis, deorum ortus interituſque non vocando duntaxat, ſed etiam ſic habere rem arbitrando, ſeipſos abſurdis, impiis, tumultuoſiſque opinionibus obruerunt, quanquam abſurditatem rei in conſpectu habentes. Igitur Xenophanes Colophonius, Ægyptios monuit, ut aut ne lugerent eos quos deos cenſerent eſſe, aut pro diis non haberent quos lugendos crederent: ſed et ridiculum lugendo obſecrare fructus ut ipſi ſe iterum proferant et naſcantur, quo iterum conſumantur et lugeantur.

LXXI. Verum res aliter

τοὺς καρποὺς, εὔχονται δὲ τοῖς αἰτίοις καὶ δοτῆρσι θεοῖς,
ἑτέρους πάλιν νέους ποιεῖν καὶ ἀναφύειν ἀντὶ τῶν ἀπολλυ-
μένων. Ὅθεν ἄριστα λέγεται παρὰ τοῖς φιλοσόφοις, τὸ
τοὺς μὴ μανθάνοντας ὀρθῶς ἀκούειν ὀνομάτων, κακῶς
χρῆσθαι καὶ τοῖς πράγμασιν· ὥσπερ Ἑλλήνων, οἱ τὰ
χαλκᾶ καὶ τὰ γραπτὰ καὶ λίθινα μὴ μαθόντες μηδὲ
ἐθισθέντες ἀγάλματα καὶ τιμὰς θεῶν, ἀλλὰ θεοὺς κα-
λεῖν, εἶτα τολμῶντες λέγειν ὅτι τὴν Ἀθηνᾶν Λαχάρης D
ἐξέδυσε, τὸν δὲ Ἀπόλλωνα χρυσοῦς βοστρύχους ἔχοντα
Διονύσιος ἀπέκειρεν, ὁ δὲ Ζεὺς ὁ Καπετώλιος περὶ τὸν
ἐμφύλιον πόλεμον ἐνεπρήσθη καὶ διεφθάρη· μανθάνουσιν
οὖν ἐφελκόμενοι καὶ παραδεχόμενοι δόξας πονηρὰς ἑπο-
μένας τοῖς ὀνόμασιν. Τοῦτο δὲ οὐχ ἥκιστα πεπόνθασιν
Αἰγύπτιοι περὶ τὰ τιμώμενα τῶν ζώων. Ἕλληνες μὲν
γὰρ ἔν γε τούτοις λέγουσιν ὀρθῶς καὶ νομίζουσιν, ἱερὸν
Ἀφροδίτης ζῶον εἶναι τὴν περιστεράν, καὶ τὸν δράκοντα τῆς

D. 4. μανθάνουσιν ὖν] Corrige: λανθάνουσιν ὁμοῦ. Illud etiam notarunt Baxt. Bentl. Markl.

habet: fructuum enim cauſa lugent: deos ut cauſam et præbitores bonorum precantur, ut ii loco pereuntium novos alios gignant atque producant fructus. Ita rectiſſime apud philoſophos dicitur, *Qui vocabula non diſcant recte intelligere, eos etiam de rebus ipſis falli:* quod uſuvenit Græcorum iis, qui ærea, picta, aut lapidea ſimulachra cum adſueviſſent non imagines et honores deorum appellare, ſed deos, auſi ſunt deinde dicere, Minervam a Lachare fuiſſe exutam, Apollinis cincinnos aureos Dionyſium tondendo abſtuliſſe, Jovem Capitolinum ſub bellum civile incendio periiſſe. Ita imprudentes attrahunt et amplectuntur pravas opiniones, quæ nominibus comitantur. Atque hoc non leviter Ægyptiis accidit in iis quæ venerantur animalibus. Nam in hoc negotio Græci recte cum dicunt tum ſentiunt columbam animal eſſe ſacrum Veneris, draconem Minervæ,

Digitized by Google

Ἀθηνᾶς, καὶ τὸν κόρακα τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ τὸν κύνα τῆς Ἀρτέμιδος, ὡς Εὐριπίδης,

E Ἑκάτης ἄγαλμα φωσφόρου κύων ἔσῃ.

Αἰγυπτίων δὲ οἱ πολλοὶ θεραπεύοντες αὐτὰ τὰ ζῶα, καὶ περιέποντες ὡς θεοὺς, οὐ γέλωτος μόνον οὐδὲ χλευασμοῦ καταπεπλήκασι τὰς ἱερουργίας· ἀλλὰ τοῦτο τῆς ἀβελτηρίας ἐλάχιστόν ἐστι κακόν. δόξα δὲ ἐμφύεται δεινὴ, τοὺς μὲν ἀσθενεῖς καὶ ἀκάκους εἰς ἄκρατον ὑπερείδουσα τὴν δεισιδαιμονίαν, τοῖς δὲ δριμυτέροις καὶ θρασυτέροις εἰς ἀθέους ἐμπίπτουσα καὶ θηριώδεις λογισμούς. Ἧι καὶ περὶ τούτων τὰ εἰκότα διελθεῖν οὐκ ἀνάρμοστόν ἐστι.

οβ΄. Τὸ μὲν γὰρ εἰς ταῦτα τὰ ζῶα τοὺς θεοὺς τὸν
F Τυφῶνα δείσαντας μεταβαλεῖν, οἷον ἀποκρύπτοντας ἑαυτοὺς σώμασιν ἴβεων καὶ κυνῶν καὶ ἱεράκων, πᾶσαν ὑπερπέπαικε τερατείαν καὶ μυθολογίαν· καὶ τὸ ταῖς ψυχαῖς τῶν θανόντων ὅσαι διαμένουσιν, εἰς ταῦτα μόνα γίνεσθαι τὴν

E. 1. κύων ἔσῃ] Secutus ſum Xyl. Salm. Markl. Squir. Vulgo κύων ἔσσι.
E. 6. ὑπερείδουσα] Legendum ὑπερείπουσα. Frequentiſſima confuſio verborum. Vidit et Reiſk. Proxima ſana ſunt nec mutanda.

corvum Apollinis, canem Dianæ, ſicut Euripides de Hecuba,

Hecates ſimulacrum luciferæ fies canis.

Sed Ægyptiorum plerique colentes ipſa animalia et tractantes tanquam deos, non ſannis modo et irriſioni totam poene ſacrorum objecerunt rationem: hoc enim a ſtultitia illa malum provenit minimum: ſed et vehemens ingeneratur animis opinio, quæ infirmis atque ſimplicibus meram inducit ſuperſtitionem, vehementiores atque audaciores ad negandum deos, belluinaſque cogitationes propellit. Quo fit, ut de his ipſis etiam aliquid probabiliter diſſerere non ſit alienum.

LXXII. Nam quod traditur deos Typhonis metu in iſta animalia tranſiiſſe latendi cauſa, et corporis ibium, canum, accipitrum ſe occuluiſſe: id quovis prodigioſo commento, quavis fabula, eſt vanius: neque plus fidei meretur, quam animas mortuorum eas quæ

Digitized by Google

παλιγγενεσίαις, ὁμοίως ἄπιστον. Τῶν δὲ βουλομένων πολιτικήν τινα λέγειν αἰτίαν, οἱ μὲν Ὄσιριν ἐν τῇ μεγάλῃ στρατιᾷ φασὶν εἰς μέρη πολλὰ διανείμαντα τὴν δύναμιν, λόχους καὶ τάξεις Ἑλληνικὰς καλοῦσιν, ἐπίσημα δοῦναι καὶ ζωόμορφα πᾶσιν, ὧν ἑκάστῳ γένει τῶν συννεμηθέντων, ἱερὸν γενέσθαι καὶ τίμιον· οἱ δὲ τοὺς ὕστερον βασιλεῖς, ἐκ- 380
πλήξεως ἕνεκα τῶν πολεμίων, ἐν ταῖς μάχαις ἐπιφαίνεσθαι θηρίων χρυσᾶς προτομὰς καὶ ἀργυρᾶς περιτιθεμένους· ἄλλοι δὲ τῶνδε τῶν δεινῶν τινα καὶ πανούργων βασιλέων ἱστοροῦσι, τοὺς Αἰγυπτίους καταμαθόντα τῇ μὲν φύσει κούφους καὶ πρὸς μεταβολὴν καὶ νεωτερισμὸν ὀξυρρόπους ὄντας, ἄμαχον δὲ καὶ δυσκάθεκτον ὑπὸ πλήθους δύναμιν ἐν τῷ σωφρονεῖν καὶ κοινοπραγεῖν ἔχοντας, ἀΐδιον αὐτοῖς ἐν κατασπορᾷ, δείξαντα δεισιδαιμονίαν, διαφο-

F. 8. λόχους—καλοῦσιν] Corrigo, ἃ λόχους κ. τ. Ἕλληνες καλοῦσι. Atque ita fere Reiſk.

F. 9. ὧν ἑκάστῳ—τίμιον] Lego ὧν ἕκαστον τῷ γένει τῷ συννεμηθέντι ἱερὸν γενέσθαι καὶ τίμιον.

A. 4. τῶνδε] Delendum ut Mez. et Reiſk. monuerunt.

A. 8. σωφρονεῖν—πρόφασιν] συμφρονεῖν e correctione Marklandi. Proxima cum Mez. et Reiſk. ita conſtituenda—ἀΐδιον αὐτοῖς ἐγκαταςπείρας, δείξαντα δεισιδαιμονίαν, διαφορᾶς ἀπαύστου πρόφασιν.

non abolentur novo ortu in hæc tantum redire animalia. Cæterum qui civilem aliquam cauſam adferre volunt, eorum alii Oſirin dicunt magnum exercitum ſuum in certas cohortes atque centurias diviſiſſe, ac ſingulis vexillum animali aliquo inſignitum tradidiſſe: ſingulosque populos id quod ei obtigiſſet, honore ac ſacro cultu dignatos fuiſſe. Alii poſteriores reges, terroris hoſtibus incutiendi cauſa in prœliis aiunt occurriſſe, belluarum aureis argenteiſve capitibus atque primis partibus indutos. Sunt qui regem quendam callidum atque verſutum narrent, quia deprehendiſſet Ægyptios natura leves, et ad res novas apprime proclives eſſe, eoſdemque ob multitudinem viribus inſuperabilibus atque effrænibus præditos, ubi ſana mente et communi conſilio rem vellent gerere: ſempiternæ eis diſcordiæ occaſionem, diſperſa in ſingulas gentes ſuperſtitione, obtu-

Digitized by Google

B ἑξῆς ἀπαίσιον πρόφασιν· τὴν γὰρ θηρίων, ἃ προσέταξεν ἄλλοις ἄλλα τιμᾶν καὶ σέβεσθαι, δυσμενῶς καὶ πολεμικῶς ἀλλήλοις προσφερομένων, καὶ τροφὴν ἑτέραν ἑτέρως προσίεσθαι πεφυκότας, ἀμύνονται ἀεὶ τοῖς οἰκείοις ἕκαστοι καὶ χαλεπῶς ἀδικούμενοι φέροντες ἐλάνθανον ταῖς τῶν θηρίων ἔχθραις συνελκόμενοι καὶ συνεκπολεμούμενοι πρὸς ἀλλήλους. Μόνοι γὰρ ἔτι νῦν Αἰγυπτίων Λυκοπολῖται πρόβατον ἐσθίουσιν, ἐπεὶ καὶ λύκος, ὃν θεὸν νομίζουσιν· οἱ δὲ Ὀξυρυγχῖται καθ' ἡμᾶς, τῶν Κυνοπολιτῶν τὸν ὀξύρυγχον ἰχθὺν ἐσθιόντων, κύνας συλλαβόντες καὶ
C θύσαντες, ὡς ἱερεῖον κατέφαγον· ἐκ δὲ τούτου καταστάντες εἰς πόλεμον, ἀλλήλους τε διέθηκαν κακῶς, καὶ ὕστερον ὑπὸ Ῥωμαίων κολαζόμενοι διετέθησαν.

ογ'. Πολλῶν δὲ λεγόντων εἰς ταῦτα τὰ ζῶα τὴν τοῦ Τυφῶνος αὐτοῦ διάρασθαι ψυχὴν, αἰνίττεσθαι δόξειεν ἂν ὁ μῦθος ὅτι πᾶσα φύσις ἄλογος καὶ θηριώδης τῆς τοῦ

B. 3. τροφὴν—συνελκόμενοι] Legendum: τροφὴν ἑτέραν ἕτερα προσίεσθαι πεφυκότων, ἀμύνοντες ἀεὶ—ἔχθραις συνεφελκόμενοι.
C. 5. διάρασθαι] An διῃρῆσθαι diſtributam eſſe.

liſſe: cum enim aliis aliorum animalium cultum injunxiſſet, quæ inter ſe inimicitias exercent, et unum ab alio cibi gratia expetitur: dum ſua ſingulæ defendunt animalia, et eorum injurias ægre ferunt, factum eſſe ut ob animalium inimicitias ipſæ gentes, re non obſervata, infeſtæ ſibi invicemque hoſtes redderentur. Sane ſoli omnium Ægyptiorum Lycopolitæ ovem edunt; quia idem lycos, id eſt lupus, facit, quem pro deo habent. Et noſtra adeo tempeſtate cum Cynopolitæ piſcem oxyrinchum ederent, Oxyrinchitæ canes comprehenſos ac mactatos victimæ in morem comederunt: eaque de cauſa conflato bello, cum ipſæ gravibus ſeſe invicem damnis affecerunt urbes, tum adfectæ a Romanis pœnam iis infligentibus fuerunt.

LXXIII. Porro cum multi dicant ipſam Typhonis animam in has beſtias avolaſſe: fabulæ involucro tegi hoc po-

Digitized by Google

κακοῦ δαίμονος γέγονε μοίρας, κἀκεῖνον ἐκμειλισσόμενοι καὶ παρηγοροῦντες περιέπουσι ταῦτα καὶ θεραπεύουσιν. ἂν δὲ πολὺς ἐμπίπτῃ καὶ χαλεπὸς αὐχμὸς ἐπάγων ὑπερβαλλόντως ἢ νόσους ὀλεθρίους ἢ συμφορὰς ἄλλας παραλόγους καὶ ἀλλοκότους, ἔνια τῶν τιμωμένων οἱ ἱερεῖς ἐπάγοντες ὑπὸ σκότους μετὰ σιωπῆς καὶ ἡσυχίας, ἀπειλοῦσι καὶ δεδίττονται τοσοῦτον, ἂν δ' ἐπιμένῃ, καθιεροῦσι καὶ D
σφάττουσιν, ὡς δή τινα κολασμὸν ὄντα τοῦ δαίμονος τοῦτον, ἢ καθαρμὸν ἄλλως μέγαν ἐπὶ μεγίστοις. Καὶ γὰρ ἐν Ἰδιθύας πόλει ζῶντας ἀνθρώπους κατεπίμπρασαν, ὡς Μανέθων ἱστόρηκε, Τυφωνίους καλοῦντες, καὶ τὴν τέφραν αὐτῶν λικμῶντες ἠφάνιζον καὶ διέσπειρον. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐδρᾶτο φανερῶς καὶ καθ' ἕνα καιρὸν ἐν ταῖς κυνάσιν ἡμέραις· αἱ δὲ τῶν τιμωμένων ζώων καθιερεύσεις ἀπόρρητοι καὶ χρόνοις ἀτάκτοις πρὸς τὰ συμπίπτοντα γινό-

C. 9. αὐχμὸς ἐπάγων ὑπερβαλλόντως] Corrigo, αὐχμοὺς ἐπάγων ὑπερβάλλοντας. Nam πολὺς referendum ad Typhonem. Mox ἐπάγοντες mutandum in ἀπάγοντες.

D. 3. Ἰδιθύας] Εἰληθυίας, *Lucinæ*. Ita legendum monuerunt Marſham. Can. Chron. p. 317. et Weſſeling. ad Diod. Sic. I, 88.

teſt videri, omnem brutam et belluinam naturam, malo genio jure deberi, eumque placantes et demulcentes eos iſta colere atque venerari. Magno autem æſtu incidente ac moleſto, qui ultra modum adducat vel peſtilentes morbos, vel alias inuſitatas calamitates, ſacerdotes quædam eorum quæ coluntur animalium abducentes tacite in tenebras, terrent primum ea minis: ſin malum duret immolant atque mactant: tanquam ſupplicium aliquod genii hoc ſi eſſet, aut alias expiatio magni mali magna. Nam et in Idithyæ urbe vivos combuſſerunt homines, ut Manethos ſcribit, Typhonios appellantes, et cinerem eorum ventilando diſſiparunt atque aboleverunt. Verum hoc palam factum eſt, et certo tempore, diebus canicularibus: conſecrationes animalium quæ coluntur occultæ, neque ſtatis fiunt temporibus, et vulgo ſunt

Digitized by Google

μεναι, τοὺς πολλοὺς λανθάνουσι, πλὴν ὅταν ταφὰς ἔχωσι,
E καὶ τῶν ἄλλων ἀναδεικνύντες ἔνια, πάντων παρόντων, συνεμβάλλωσιν, οἰόμενοι τοῦ Τυφῶνος ἀντιλυπεῖν καὶ κολούειν τὸ ἡδόμενον. Ὁ γὰρ Ἆπις δοκεῖ μετ' ὀλίγων ἄλλων ἱερὸς εἶναι τοῦ Ὀσίριδος· ἐκείνῳ δὲ τὰ πλεῖστα προσνέμουσι. Κἂν ἀληθὴς ὁ λόγος οὗτος, σημαίνειν ἡγοῦμαι τὸ ζητούμενον ἐπὶ τῶν ὁμολογουμένων καὶ κοινὰς ἐχόντων τὰς τιμὰς, οἷόν ἐστιν ἶβις καὶ ἱέραξ καὶ κυνοκέφαλος, αὐτὸς ὁ Ἆπις, οὕτω δὴ γὰρ τὸν ἐν Μένδητι τράγον καλοῦσι.

F οδ'. Λείπεται δὲ δὴ τὸ χρειῶδες καὶ τὸ συμβολικὸν, ὧν ἔνια θατέρου, πολλὰ δ' ἀμφοῖν μετέσχηκε. Βοῦν μὲν οὖν καὶ πρόβατον καὶ ἰχνεύμονα δῆλον ὅτι χρείας ἕνεκα καὶ ὠφελείας ἐτίμησαν· ὡς Λήμνιοι κορύδους, τὰ τῶν ἀττελαβῶν εὑρίσκοντας ὠὰ καὶ κόπτοντας· Θεσσαλοὶ δὲ

D. 10. ταφὰς ἔχωσι] Xyl. ſupplet Ἄπιδος. Proxima mire turbata: quædam corrigere licet: legendum συμβάλλουσι: porro ἐκείνῳ accipiendum de Typhone: σημαίνειν mutandum in συμβαίνειν cum Markl. Tum poſt αὐτὸς ὁ Ἆπις excidiſſe videtur ὁ Πᾶν, vel aliud ejus numinis nomen ὁ Μένδης, vel ὁ Θμοῦις, judice Weſſelingio ad Diod. Sic. I, 84.

ignotæ: niſi quod ſepulturam Apidis celebrantes, atque illa producentes, quædam omnibus præſentibus una in ſepulchrum conjiciunt: exiſtimantes hoc pacto ſe Typhoni voluptatem percipienti viciſſim moleſtiam objicere, lætitiamque ejus infringere. Etenim Apis videtur cum paucis aliis ſacer eſſe Oſiridi: ei autem pleraque attribuunt. Quod ſi vera eſt hæc ratio, exiſtimo ea ſignificari id quod quæritur de in confeſſo poſitis, et honores communes habentibus: cujus generis ſunt ibis, accipiter, cynocephalus, et ipſe Apis, ſic enim caprum ſcilicet, qui Mendete alitur, nominant.

LXXIV. Relinquitur, ut ad utilitatem, et notationem qua aliquid deſignant, reſpiciatur: quorum utrumque pleriſque, multis alterum adeſt. Bovem nimirum, et ovem, et ichneumonem liquet utilitatis gratia atque emolumenti honorem inveniſſe: qua ratione Lemnii galeritam honorant, quia bruchorum ova invenit ac confringit: et Theſſali ci-

πελαργοὺς, ὅτι πολλοὺς ὄφεις τῆς γῆς ἀναδιδούσης ἐπιφανέντες ἐξώλεσαν ἅπαντας· διὸ καὶ νόμον ἔθεντο φεύγειν ὅστις ἂν ἀποκτείνῃ πελαργόν. Ἀσπίδα δὲ καὶ γαλῆν καὶ κάνθαρον, εἰκόνας τινὰς ἐν αὐτοῖς ἀμαυρὰς, ὥσπερ 381 ἐν σταγόσιν ἡλίου, τῆς τῶν θεῶν δυνάμεως κατιδόντες. Τὴν μὲν γὰρ γαλῆν ἔτι πολλοὶ νομίζουσι καὶ λέγουσι κατὰ τὸ οὖς ὀχευομένην, τῷ δὲ στόματι τίκτουσαν, εἴκασμα τῆς τοῦ λόγου γενέσεως εἶναι· τὸ δὲ κανθάρων γένος οὐκ ἔχειν θήλειαν, ἄρρενας δὲ πάντας ἀφιέναι τὸν γόνον εἰς τὴν σφαιροποιουμένην ὕλην, ἣν κυλινδοῦσιν ἀντιβάδην ὠθοῦντες, ὥσπερ δοκεῖ τὸν οὐρανὸν ὁ ἥλιος ἐς τοὐναντίον περιστρέφειν, αὐτὸς ἀπὸ δυσμῶν ἐπὶ τὰς ἀνατολὰς φερόμενος· ἀσπίδα δὲ, ὡς ἀγήρω καὶ χρωμένην κινήσεσιν ἀνοργάνοις μετ' εὐπετείας καὶ ὑγρότητος ἄστρῳ προσῄ- B
κασαν.

F. 8. Ἀσπίδα—ἐν αὐτοῖς] Jungenda cum ſuperiori ἐτίμησαν, et illa ὡς Λίμνιοι—πελαργόν, in parentheſi accipienda. Porro ἐν αὐτοῖς habet margo codicis E, et correxerant jam Mez. Baxt. Bentl. Markl.

B. 1. ἄστρῳ προσῄκασαν] Interjectum vulgo his vocibus ἢ, delevimus cum Xyl. Squir. Mox μίμημα Baſ. Xyl. Squir. Vulgo ὁ μίμημα: unde Mez. faciebat ὁμοίωμα.

coniam, quod multos angues ſubito e terra editos ciconiæ univerſos perdiderunt, ideoque lege exſulium indicitur ei qui ciconiam necaverit. Aſpidem vero Ægyptii, et felem, et cantharum in honore habent, divinæ potentiæ imagines quaſdam obſcuras, ſicut ſolis ſimulachra in ſtillis ſolent, conſpicati. Nam felem etiamnum ſunt qui dicant ac credant multi per aurem concipere, partum per os emittere, qua ſimilitudine orationis ortus refertur. At in cantharorum genere perhibitum eſt nullam eſſe fœminam: mares omnes ſemel ejicere in materiam ab ipſis in globum conformatam, quam volutant ex adverſo impellentes: ſicuti Sol videtur cœlum in contrariam partem convertere, ipſe ab occaſu verſus ortum proficiſcens. Aſpidem ut ſenii ſecuram, et motibus nullo inſtrumento indigentibus facile ac molliter utentem, ſideri comparaverunt.

Digitized by Google

οε'. Οὐ μὴν οὐδὲ ὁ κροκόδειλος αἰτίας πιθανῆς ἀμοιροῦσαν ἔσχηκε τιμὴν, ἀλλὰ μίμημα θεοῦ λέγεται γεγονέναι, μόνος μὲν ἄγλωσσος ὢν, φωνῆς γὰρ ὁ θεῖος λόγος ἀπροσδεής ἐστι, καὶ δι' ἀψόφου βαίνων κελεύθου καὶ δίκης τὰ θνητὰ ἄγει κατὰ δίκην· μόνου δέ φασιν ἐν ὑγρῷ διαιτωμένου τὰς ὄψεις ὑμένα λεῖον καὶ διαφανῆ περικαλύπτειν ἐκ τοῦ μετώπου κατερχόμενον, ὥστε βλέπειν μὴ βλεπόμενον, ὁ τῷ πρώτῳ θεῷ συμβέβηκεν· ὅπου δ' ἂν ἡ θήλεια τῆς χώρας ἀποτέκῃ, τοῦτο Νείλου πέρας ἐπίςαται τῆς αὐξήσεως γενόμενον· ἐν ὑγρῷ γὰρ
C οὐ δυνάμεναι, πόρρω δὲ φοβούμεναι τίκτειν, οὕτως ἀκριβῶς προαισθάνονται τὸ μέλλον ὥστε τῷ ποταμῷ προσελθόντι χρῆσθαι λοχευόμεναι καὶ θάλπουσαι, τὰ δὲ ὠὰ ξηρὰ καὶ ἄβρεκτα φυλάσσειν· ἑξήκοντα δὲ τίκτουσι, καὶ

B. 6. κελεύθου καὶ δίκης] Delendum καὶ δίκης. Sententia eſt Euripidis Troad. 888.

B. 8. διαιτωμένου] Sic unus P. unde Squirius ſumpſit. Cæteri διαιτωμένῳ. Mox ὁ τῷ πρώτῳ Mez. Salm. Bentl. Markl. Squir. vulgo ᾧ τῷ πρώτῳ. Porro ἐπίςαται, ſcil. *homines* Mez. Markl.

C. 3. καὶ θαλπούσαι] Diſtinguendum λοχευόμεναι, καὶ θάλπουσαι δὲ τὰ ὠὰ ξ. κ. ἀ. φ. Paulo ante δυνάμενοι—φοβούμενοι vulgatum erat. Fœmininum reſtituimus cum Mez. Markl.

LXXV. Crocodilus certe cultus ſui probabili cauſa minime deſtituitur; nam fertur exſtitiſſe exemplum dei, ſolus animalium elinguis; nimirum quia voce numen nihil indiget, ſed iter juſtitiæ citra ullum conficiens ſonitum, res humanas juſte temperat. Aiunt huic ſoli in humore verſanti oculos contegi a membrana tenui ac pellucida, quæ a fronte deſcendat: ita ut videns, non videatur ipſe: qua in re principi deo reſpondet. Præterea, quo loco regionis crocodilus fœmina parit, eum conſtat incrementorum Nili fore limitem: cum enim in humido parere non poſſint, et metuant longius ab aqua parere, ita præciſe norunt futuræ eluviei modum, ut fluvio quidem a partu et fovendi gratia accedant, ova tamen ſicca et humoris expertia conſervent: pariunt ſexaginta, totidemque dies excludendo fœtui impendunt, tot-

Digitized by Google

τοσαύταις ἡμέραις ἐκλέπουσι, καὶ τοσούτους ζῶσιν ἐνιαυτοὺς οἱ μακρότατον ζῶντες, ὃ τῶν μέτρων πρῶτόν ἐστι τοῖς περὶ τὰ οὐράνια πραγματευομένοις. Ἀλλὰ μὴν τῶν δι' ἀμφότερα τιμωμένων, περὶ μὲν τοῦ κυνὸς εἴρηται πρόσθεν· ἡ δὲ ἶβις ἀποκτείνουσα μὲν τὰ θανατηφόρα τῶν ἑρπετῶν, ἐδίδαξε πρώτη κενώματος ἰατρικοῦ χρείαν D
κατιδόντας οὕτω κλυζομένην καὶ καθαιρομένην ὑφ' ἑαυτῆς· οἱ δὲ νομιμώτατοι τῶν ἱερέων καθάρσιον ὕδωρ ἁγνιζόμενοι λαμβάνουσιν ὅθεν ἶβις πέπωκεν, οὐ πίνει γὰρ ἢ νοσῶδες ἢ πεφαρμαγμένον, οὐδὲ πρόσεισι· τῇ δὲ τῶν ποδῶν διαβάσει πρὸς ἀλλήλους καὶ τὸ ῥύγχος, ἰσόπλευρον ποιεῖ τρίγωνον· ἔτι δὲ ἡ τῶν μελάνων πτερῶν περὶ τὰ λευκὰ ποικιλία καὶ μίξις ἐμφαίνει σελήνην ἀμφίκυρτον.

οϛʹ. Οὐ δεῖ δὲ θαυμάζειν εἰ γλίσχρας ὁμοιότητας οὕτως ἠγάπησαν Αἰγύπτιοι. Καὶ Ἕλληνες ἔν τε γραπτοῖς ἔν τε πλαστοῖς, εἰκάσμασι θεῶν ἐχρήσαντο πολλοῖς τοιούτοις. Οἷον ἐν Κρήτῃ Διὸς ἦν ἄγαλμα

que annos vivunt crocodili, qui diutiſſime. Sexagenarius autem numerus prima eſt menſura iis qui aſtrologiam tractant. Jam de cane, qui inter ea numeratur quæ utraque de cauſa coluntur, dictum eſt jam ante. Ibis vero cum repentes humi mortiferas beſtias interficit, tum prima medicam evacuandi corporis rationem docuit, cum conſpecta iſto modo ſeſe proluere atque purgare. Sacerdotum etiam qui ſunt maxime obſervantes legum, luſtrandi ſui cauſa aquam inde petunt, unde ibis biberit: non enim bibit morboſam aut infectam aquam, immo ne accedit quidem. Ad hæc diductis pedibus et roſtro cum his comparato, triangulum æqualium omnium laterum efficit: et nigrarum pennarum cum albis mixtio et conſertio, Lunæ utrinque gibboſæ formam habet.

LXXVI. Enimvero mirari nemo debet, Ægyptiis ita exiles ſimilitudines arriſiſſe: cum Græci etiam pictis fictiſque deorum ſimulachris multa adhibuerint talia: qualis eſt Cretæ Jovis imago au-

Digitized by Google

E μὴ ἔχειν ὦτα· τῷ γὰρ ἄρχοντι καὶ κυρίῳ πάντων, οὐδενὸς ἀκούειν προσήκει. Τῷ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς, τὸν δράκοντα Φειδίας παρέθηκε, τῷ δὲ τῆς Ἀφροδίτης ἐν Ἤλιδι τὴν χελώνην, ὡς τὰς μὲν παρθένους φυλακῆς δεομένας, ταῖς δὲ γαμεταῖς οἰκουρίαν καὶ σιωπὴν πρέπουσαν. Ἡ δὲ τοῦ Ποσειδῶνος τρίαινα σύμβολόν ἐστι τῆς τρίτης χώρας, ἣν θάλαττα κατέχει μετὰ τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν ἀέρα
F τεταγμένη· διὸ καὶ τὴν Ἀμφιτρίτην καὶ τοὺς Τρίτωνας οὕτως ὠνόμασαν. Οἱ δὲ Πυθαγόρειοι καὶ ἀριθμοὺς καὶ σχήματα θεῶν ἐκόσμησαν προσηγορίαις· τὸ μὲν γὰρ ἰσόπλευρον τρίγωνον ἐκάλουν Ἀθηνᾶν κορυφαγενῆ καὶ τριτογένειαν, ὅτι τρισὶ καθέτοις ἀπὸ τῶν τριῶν γωνιῶν ἀγομέναις διαιρεῖται· τὸ δὲ ἕν, Ἀπόλλωνα, πείθουσα προφάσει καὶ διπλοτάτοις μονάδος. Ἔριν δὲ τὴν δυάδα καὶ τόλμαν. Δίκην δὲ τὴν τριάδα, τοῦ γὰρ ἀδικεῖν καὶ

F. 1. τεταγμένη] Sic E. Venet. Mez. Markl. Vulgo τεταγμένην.
F. 6. πείθουσα προφάσει καὶ διπλοτάτοις μονάδος.] Corrigo πλήθους ἀποφάσει καὶ ἁπλότητι τῆς μονάδος. Ita et Verſionem correxi.

ribus carens; non enim convenit audiri ab eo quenquam, qui omnium ſit rerum dominus atque princeps: et Minervæ ſimulachro draconem Phidias addidit, Veneris Elide teſtudinem; virgines cuſtodia habere opus, nuptis domi manſionem et ſilentium convenire, ſignificans: et Neptuni tridens ſignum eſt tertiæ regionis, quam mare obtinet poſt cœlum et aerem collocata: et a ternione etiam Amphitritæ ac Tritonum ſunt nomina. Pythagorei autem numeros quoque et figuras ornaverunt appellationibus deorum. Nam triangulum æqualium omnium laterum nominaverunt Minervam e vertice natam, et Tritogeneiam, quia tribus perpendiculis eductis e tribus angulis ſuis dividitur: Unitatem Apollinis vocabulo affecerunt, quod nomen multitudinem recuſat, ſimplicitatem profitetur unitatis: eundem binarium Contentionem et Audaciam vocaverunt: ternarium dignati ſunt Juſtitiæ titulo; æqualitas enim in medio poſita eſt eorum

Digitized by Google

ἀδικεῖσθαι κατ' ἔλλειψιν καὶ ὑπερβολὴν ὄντος, ἰσότητι δίκαιον ἐν μέσῳ γέγονεν· ἡ δὲ καλουμένη Τετρακτὺς τὰ ἓξ καὶ τριάκοντα, μέγιστος ἦν ὅρκος, ὡς τεθρύλληται, καὶ 382
κόσμος ὠνόμασται, τεσσάρων μὲν ἀρτίων τῶν πρώτων, τεσσάρων δὲ τῶν περισσῶν εἰς τὸ αὐτὸ συντιθεμένων, ἀποτελούμενος.

οϛ΄. Εἴπερ οὖν οἱ δοκιμώτατοι τῶν φιλοσόφων, οὐδὲ ἐν ἀψύχοις καὶ ἀσωμάτοις πράγμασιν αἴνιγμα τοῦ θείου κατιδόντες ἠξίουν ἀμελεῖν οὐδὲν, οὐδὲ ἀτιμάζειν, ἔτι μᾶλλον οἶμαι τὰς ἐν αἰσθανομέναις καὶ ψυχὴν ἐχούσαις καὶ πάθος καὶ ἦθος φύσεσιν ἰδιότητας κατὰ τὸ ἦθος· ἀγαπητέον οὖν οὐ ταῦτα τιμῶντας, ἀλλὰ διὰ τούτων τὸ θεῖον, ὡς ἐναργεστέρων ἐσόπτρων καὶ φύσει γεγονότων, ὡς ὄργανον ἢ τέχνην ἀεὶ τοῦ πάντα κοσμοῦντος B

A. 6. αἴνιγμα] Mez. μίμημα.
A. 10. ἦθος· ἀγαπητέον] Hæc jungenda antecedentibus quod partim viderunt Mez. et Reiſk. ita ἰδιότητας κατὰ τὸ εἰκὸς ἀγαπητέον, οὐ ταῦτα τιμῶντας.
A. 11. γεγονότων—κρεῖττον εἶναι] Corrigo—γεγονότων· ὡς ὄργανον τὴν ψυχὴν δεῖ τοῦ πάντα κοσμοῦντος θεοῦ νομίζειν· καὶ ὅλως ἀξιῶν μηδὲν ἄψυχον ἐμψύχου, μηδὲ ἀναίσθητον αἰσθανομένου κρεῖττον εἶναι. Venetus præbuit ἀξιοῦν. Bentleius καὶ ὅλως—. Jannot. et var. lect. codicis A. ἄψυχον ἐμψύχου.

quæ injuſte aguntur, et contra jus tolerantur, ab exceſſu et defectu proficiſcentia: Tetractyn, quæ celebratur, id eſt quaternionem myſticum, triginta et ſex unitatibus conſtantem, loco jurisjurandi maximi fuit, ſicuti omnium ſermonibus eſt tritum: et appellabatur Mundus: conficitur autem primis quatuor paribus, et primis imparibus in unam ſummam collectis.

LXXVII. Proinde cum philoſophorum probatiſſimi conſpectam aliquam occultam dei imaginem ne in animæ corporiſque expertibus quidem rebus neglexerint, aut contemnendum ſenſerint: multo (niſi fallor) pluris faciendæ ſunt, quæ in ſenſilibus, animatiſve proprietates eo pertinent, eorumque adfectionibus et moribus. At enim probandi ſunt, non qui iſthæc, ſed qui per hæc numen venerantur: iſtaque recte habentur pro ſpeculis clarioribus et a natura ſuppeditatis, tanquam inſtrumenta et artificia dei univerſa ornantis. Æquum

θεοῦ νομίζειν καλῶς· ἄξιόν τε μηδὲν ἔμψυχον ἀψύχου μηδὲ ἀναίσθητον αἰσθανομένου κρεῖττον εἶναι· μηδ' ἂν τὸν σύμπαντά τις χρυσὸν ὁμοῦ καὶ σμάραγδον εἰς ταυτὸ συμφορήσῃ. Οὐκ ἐν χροιαῖς γὰρ, οὐδ' ἐν σχήμασιν, οὐδ' ἐν λειότησιν ἐγγίνεται τὸ θεῖον, ἀλλὰ ἀτιμοτέραν ἔχει νεκρῶν μοῖραν ὅσα μὴ μετέσχε μηδὲ μετέχειν τοῦ ζῆν πέφυκεν. Ἡ δὲ ζῶσα καὶ βλέπουσα καὶ κινήσεως ἀρχὴν ἐξ αὐτῆς ἔχουσα, καὶ γνῶσιν οἰκείων καὶ ἀλλοτρίων φύσις, ἄλλως τε ἔσπακεν ἀπόῤῥοιαν καὶ μοῖραν ἐκ τοῦ φρονοῦντος, ὅπως κυβερνᾶται τό, τε σύμπαν καθ'
C Ἡράκλειτον. Ὅθεν οὐ χεῖρον ἐν τούτοις εἰκάζεται τὸ θεῖον ἢ χαλκείοις καὶ λιθίνοις δημιουργήμασιν, ἃ φθορὰς μὲν ὁμοίως δέχεται δὲ ἐπιχρώσεις, αἰσθήσεως δὲ πάσης φύσει καὶ συνέσεως ἐστέρηται. Περὶ μὲν οὖν τῶν τιμωμένων ζώων ταῦτα δοκιμάζω μάλιστα τῶν λεγομένων.

οη'. Στολαὶ δὲ αἱ μὲν Ἴσιδος, ποικίλαι ταῖς

B. 10. ἄλλως τε ἔσπακεν] Corruptum puto. Xylander legiſſe videtur ὅλως γε: mox idem τοῦτο τὸ σύμπαν.

etiam eſt hoc intelligi, nihil animatum inanimato, nihil ſenſu carens ſentiente præſtantius eſſe; etiam ſi quis univerſum aurum, et ſmaragdum in unum comportaret locum. Non enim in coloribus aut figuris aut lævitatibus ineſt divina natura: quinimo deteriore illud conditione eſt quam res vita exutæ, quod neque vixit unquam, neque vivendi habuit in ſe facultatem. Quæ vero natura vivit, videt, et in ſe principium motus, notitiamque ſibi convenientium et alienorum a ſe continet; omnino particulam aliquam defluentem hauſit ejus providentiæ, qua gubernari hoc Univerſum Heraclitus dixit. Itaque in his rebus nihilo deterius divinæ naturæ concipitur imago, quam in æreis aut lapideis operibus, quæ itidem interitui et mutationi obnoxia, ſenſu interim omni, omnique intellectu privavit natura. Atque hæc ſunt quæ maxime ex iſtis admitto, quæ de animalibus cultu dignatis diſputantur.

LXXVIII. Porro autem

βαφαῖς· περὶ γὰρ ὕλην ἡ δύναμις αὐτῆς, πάντα γινομένην καὶ δεχομένην, φῶς, σκότος· ἡμέραν, νύκτα· πῦρ, ὕδωρ· ζωὴν, θάνατον· ἀρχὴν, τελευτήν. Ἡ δὲ Ὀσίριδος οὐκ ἔχει σκιὰν, οὐδὲ ποικιλμὸν, ἀλλὰ ἓν ἁπλοῦν τὸ φωτοειδές· ἄκρατον γὰρ ἡ ἀρχὴ, καὶ ἀμιγὲς D τὸ πρῶτον καὶ νοητόν. Ὅθεν ἅπαξ ταῦτα ἀναλαβόντες ἀποτίθενται καὶ φυλάττουσιν, τὸ γὰρ νοητὸν ἀόρατον καὶ ἄψαυστον· τοῖς δὲ Ἰσιακοῖς χρῶνται πολλάκις, ἐν χρήσει γὰρ τὰ αἰσθητὰ καὶ πρόχειρα ὄντα πολλὰς ἀναπτύξεις καὶ θέας αὐτῶν ἄλλοτ᾽ ἄλλως ἀμειβομένων δίδωσιν. Ἡ δὲ τοῦ νοητοῦ καὶ εἰλικρινοῦς καὶ ἁγίου νόησις, ὥσπερ ἀστραπὴ διαλάμψασα τῆς ψυχῆς ἅπαξ ποτὲ θιγεῖν καὶ προσιδεῖν παρέσχε. Διὸ καὶ Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης ἐποπτικὸν τοῦτο τὸ μέρος τῆς φιλοσοφίας καλοῦσιν, ὡς οἱ τὰ

D. 2. ἅπαξ ταῦτα—τὸ γὰρ νοητὸν] Prius corrigendum cum Markl. et Squir. ἅπαξ ταύτην. Poſterius deeſt in Ald. Baſ. Xyl. A. E. Flor. nec ſane requiras. Addiderunt Pol. Leonic. Schott. Anon.

D. 8. τῆς ψυχῆς—προσίσχει] τῇ ψυχῇ—παρέσχε Bentl. et Markl.

D. 10. καλοῦσιν—νομίζουσι] Legendum, partim cum Reiſkio, καλοῦσιν· καὶ τοὺς ὅσοι τὰ δοξαστὰ—καὶ θίγοντας ἁπλῶς τῆς περὶ αὐτὸ καθαρᾶς ἀληθείας, οἷον ἐν τελετῇ, τέλος ἔχειν φιλοσοφίας νομίζουσι.

amicula Iſidis variæ ſunt tincturæ; nam vis ejus verſatur circa materiam in omnia mutabilem, omnium capacem rerum: lucis, inquam, tenebrarum, diei, noctis, ignis, aquæ, vitæ, mortis, principii, finis. Oſiridis non umbram, non varietatem habet: totum eſt luminoſum; principium enim temperamenti eſt exſors; et quod primum eſt, ſolaque cernitur mente, id mixtione vacat. Itaque Oſiridis ſimulachra ſemel tantum promuntur, deinde ita reponuntur, ut videri tangive non poſſint: Iſiacis ſæpenumero utuntur. Senſilia enim in promptu ſunt, inque uſu verſantur, variiſque ſui mutationibus multiplicia exhibent ſpectacula. Intelligentia vero ſinceri, ſancti, et non niſi mente percipiendi principii, fulguris inſtar emicans animum id ſemel attingere atque intueri tandem ſinit. Itaque et Plato et Ariſtoteles eam philoſophiæ partem *inſpectricem* appellant: quando

δοξαστὰ καὶ μικτὰ καὶ παντοδαπὰ ταῦτα παραμειψά-
E μενοι τῷ λόγῳ, πρὸς τὸ πρῶτον ἐκεῖνο καὶ ἁπλοῦν
καὶ ἄϋλον ἐξάλλονται, καὶ θίγοντες ἄλλως τῆς περὶ
αὐτὸ καθαρᾶς ἀληθείας, οἷον ἐντελῆ, τέλος ἔχειν φιλο-
σοφίαν νομίζουσι.

οθʹ. Καὶ τοῦτο ὅπερ οἱ νῦν ἱερεῖς ἀφοσιούμενοι καὶ
παρακαλυπτόμενοι μετ᾽ εὐλαβείας ὑποδηλοῦσιν, ὡς ὁ
θεὸς οὗτος ἄρχει καὶ βασιλεύει τῶν τεθνηκότων, οὐχ
ἕτερος ὢν τοῦ καλουμένου παρ᾽ Ἕλλησιν Ἅιδου καὶ Πλού-
τωνος ἀγνοούμενον ὅπως ἀληθές ἐστι, διαταράττει τοὺς
πολλοὺς ὑπονοοῦντας ἐν γῇ καὶ ὑπὸ γῆν τὸν ἱερὸν καὶ
F ὅσιον ὡς ἀληθῶς Ὄσιριν οἰκεῖν, ὅπου τὰ σώματα κρύπ-
τεται τῶν τέλος ἔχειν δοκούντων· ὁ δ᾽ ἔστι μὲν αὐτὸς
ἀπωτάτω τῆς γῆς ἄχραντος καὶ ἀμίαντος καὶ καθαρὸς
οὐσίας ἁπάσης φθορὰν δεχομένης καὶ θάνατον. Ἀνθρώ-
πων δὲ ψυχαῖς ἐνταῦθα μὲν ὑπὸ σωμάτων καὶ παθῶν
περιεχομέναις οὐκ ἔστι μετουσία τοῦ θεοῦ, πλὴν ὅσον ὀνεί-

E. 9. διαταράττει] Sic Xyl. Salmaſ. Bent. Markl. Vulgo διαταράττειν.

ſcilicet homines ratione prætervecti opinabilia iſta, mixta, et omnigena, ad primum illud, ſimplex, et materiæ expers proſiliunt, veramque de eo ſententiam attingentes, perfectum ſe ad finem philoſophiæ perveniſſe exiſtimant.

LXXIX. Id etiam, quod hodie ſacerdotes veluti abominantes et occultantes trepide ſignificant, Oſiridem mortuis imperare, neque a Dite ſeu Plutone alium eſſe, ignoratum quo modo verum ſit, pleroſque turbat, ſuſpicantes in terra et infra terram ſacroſanctum iſtum vere Oſirin habitare, ubi corpora latent eorum qui jam eſſe deſiiſſe putantur. At vero ille ipſe longiſſime a terra abeſt impollutus incontaminatuſque et purus ab omni natura interitum mortemque ſuſtinente. Hominum autem animæ quamdiu hic a corporibus et adfectionibus continentur, nihil habent cum deo conſortii, niſi quatenus philoſophiæ adjumento veluti per ſomnium

ρατος ἀμαυροῦ θιγεῖν νοήσει διὰ φιλοσοφίας· ὅταν δὲ ἀπολυθεῖσαι μεταστῶσιν εἰς τὸ ἀειδὲς καὶ ἀόρατον καὶ ἀπαθὲς καὶ ἁγνὸν, οὗτος αὐταῖς ἡγεμών ἐστι καὶ βασιλεὺς 383 ὁ θεὸς, ἐξηρτημέναις ὡς ἂν ἀπ' αὐτοῦ καὶ θεωμέναις ἀπλήστως καὶ ποθούσαις τὸ μὴ φατὸν, μηδὲ ῥητὸν ἀνθρώποις κάλλος· οὗ τὴν Ἶσιν ὁ παλαιὸς ἀποφαίνει λόγος ἐρῶσαν ἀεὶ καὶ διώκουσαν καὶ συνοῦσαν, ἀναπιμπλάναι τὰ ἐνταῦθα πάντων καλῶν καὶ ἀγαθῶν, ὅσα γενέσεως μετίσχει. Ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἔχει τὸν μάλιστα θεοῖς πρέποντα λόγον.

π'. Εἰ δὲ δεῖ καὶ περὶ τῶν θυμιωμένων ἡμέρας ἑκάστης εἰπεῖν, ὥσπερ ὑπεσχόμην, ἐκεῖνο διανοηθείη τις πρότερον, ὡς ἀεὶ μὲν οἱ ἄνδρες ἐν σπουδῇ μεγίστῃ τίθενται τὰ πρὸς ὑγείαν ἐπιτηδεύματα, μάλιστα δὲ B ταῖς ἱερουργίαις καὶ ταῖς ἁγνείαις καὶ διαίταις οὐχ ἧττόν ἐστι τυτὶ τοῦ ὁσίου τὸ ὑγιεινόν. Οὐ γὰρ ᾤοντο καλῶς ἔχειν

A. 2. ἐξηρτημέναις ὡς ἂν ἀπ' αὐτοῦ] Tranſponendum ὡς ἂν ἀπ' αὐτοῦ ἐξηρτημέναις.
A. 3. μὴ φατὸν, μηδὲ ῥητὸν] Non ſatis fero hoc quidem loco. Forte μὴ φαντὸν, μηδὲ ῥητὸν vel μὴ φατὸν μηδ' ὁρατόν.
B. 3. ἐςι τυτὶ τοῦ ὁσίου] Legendum ἔνεςι τοῦ ὁσίου.

intelligentia eum attingunt: at poſtquam ſolutæ migraverunt in purum, et viſui atque perpeſſionibus non obnoxium: ibi tum earum ipſe deus ductor eſt, ab ipſo pendentium, ſpectantiumque abſque ulla ſatietate et deſiderantium ineffabilem hominibus pulchritudinem: cujus amore priſca fabula Iſidem correptam ait, ea perſequenda et potiunda implere res caducas omnibus pulchris atque bonis. Hæc eſt harum rerum explicatio, maxime deorum naturæ conſentanea.

LXXX. Quod ſi eſt, ſicuti in me receperam, aliquid etiam dicendum de iis quæ quotidie adolentur: illud primo cogitandum videtur, viros iſtos ſtudium rerum ad ſanitatem conducentium nunquam non feciſſe maximi: in ſacrificiis autem, caſtimoniis, ac vitæ quotidianæ uſu non minorem pietatis duxiſſe quam ſanitatis rationem. Sentiebant videlicet neque corporibus ne-

Digitized by Google

οὔτε σώμασιν, οὔτε ψυχαῖς ὑπούλοις καὶ νοσώδεσι θερα-
πεύειν τὸ καθαρὸν καὶ ἀβλαβὲς πάντη καὶ ἀμίαντον.
Ἐπεὶ τοίνυν ὁ ἀὴρ ᾧ πλεῖστα χρώμεθα καὶ σύνεσμεν,
οὐκ ἀεὶ τὴν αὐτὴν ἔχει διάθεσιν, καὶ κρᾶσιν, ἀλλὰ
νύκτωρ πυκνοῦται καὶ πιέζει τὸ σῶμα καὶ συνάγει τὴν
ψυχὴν εἰς τὸ δύσθυμον καὶ πεφροντικὸς, οἷον ἀχλυώδη
γινομένην καὶ βαρεῖαν, ἀναστάντες εὐθὺς ἐπιθυμιῶσι
C Ῥητίνην, θεραπεύοντες καὶ καθαίροντες τὸν ἀέρα τῇ
διακρίσει, καὶ τὸ σύμφυτον τῷ σώματι πνεῦμα μεμα-
ρασμένον ἀναρριπίζοντες, ἐχούσης τι τῆς ὀσμῆς σφοδρὸν
καὶ καταπληκτικόν. Αὖθις δὲ μεσημβρίας αἰσθανόμενοι
σφόδρα πολλὴν καὶ βαρεῖαν ἀναθυμίασιν ἀπὸ γῆς ἕλ-
κοντα βίᾳ τὸν ἥλιον καὶ καταμιγνύοντα τῷ ἀέρι, τὴν
Σμύρναν ἐπιθυμιῶσι· διαλύει γὰρ ἡ θερμότης καὶ σκίδ-
νησι τὸ συνιστάμενον ἐν τῷ περιέχοντι θολερὸν καὶ ἰλυῶδες·
καὶ γὰρ οἱ ἰατροὶ πρὸς τὰ λοιμικὰ πάθη βοηθεῖν δοκοῦσι

C. 6. καταμιγνύοντα] Sic Xyl. Mez. Markl. Squir. Vulgo καταμιγνύοντες.

que animis morbi ſuſpectis aut vitii recte coli eam poſſe naturam, quæ undiquaque pura, impolluta, atque illæſa eſt. Ergo quoniam aer, quo aſſidue utimur, inque eo degimus, non eodem ſemper affectus temperatuſque eſt modo: ſed noctu denſatur, corpus comprimit, animamque compellit ad mœſtitiam quandam et ſollicitudinem, veluti caligine ei quadam et gravedine inducta: ſtatim ut a ſomno ſurrexere, reſinam adolent, reficientes aerem et ſecretione purgantes, ſpiritumque qui concretus cum corpore languorem contraxit reſuſcitantes; habet enim odor reſinæ vehementiam quandam et vim percellendi. Rurſum meridie ſentientes Solem e terra attrahentem vi ſua admodum multum ac gravem vaporem, et aeri admiſcentem, myrrham ſuffiunt; nam calor diſſolvit atque diſſipat turbulentas fæces quæ in ære coeunt. Etenim medici cenſent adverſus peſtem remedio

Digitized by Google

φλόγα πολλὴν ποιοῦντες ὡς λεπτύνουσαν τὸν ἀέρα· λεπτύνει δὲ βέλτιον ἐὰν εὐώδη ξύλα καίωσιν, οἷα κυπαρίττου καὶ ἀρκεύθου καὶ πεύκης. Ἄκρωνα γοῦν τὸν ἰατρὸν D
ἐν Ἀθήναις ὑπὸ τὸν μέγαν λοιμὸν εὐδοκιμῆσαι λέγουσι, πῦρ κελεύοντα παρακαίειν τοῖς νοσοῦσιν· ὤνησε γὰρ οὐκ ὀλίγους· Ἀριστοτέλης δέ φησι καὶ μύρων καὶ ἀνθέων καὶ λειμώνων εὐώδεις ἀποπνοίας οὐκ ἔλαττον ἔχειν τοῦ πρὸς ἡδονὴν τὸ πρὸς ὑγίειαν, ψυχρὸν ὄντα φύσει καὶ παγετώδη τὸν ἐγκέφαλον ἠρέμα τῇ θερμότητι καὶ λειότητι διαχεούσας. Εἰ δὲ καὶ τὴν σμύρναν παρ' Αἰγυπτίοις ΒΑΛ καλοῦσιν, ἐξερμηνευθὲν δὲ τοῦτο μάλιστα φράζει ΤΗΣ ΛΗΡΗΣΕΩΣ ΕΚΣΚΟΡΠΙΣΜΟΝ, ἔστιν ἣν καὶ τοῦ μαρτυρίαν τῷ λόγῳ τῆς αἰτίας δίδωσιν.

πα'. Τὸ δὲ Κῦφι, μίγμα μὲν ἑκκαίδεκα μνῶν E
συντιθεμένων ἐστὶ, Μέλιτος καὶ Οἴνου καὶ Σταφίδος καὶ Κυπέρου, Ῥητίνης τε, καὶ Σμύρνης, καὶ Ἀσπαλάθου, καὶ Σεσέλεως, ἔτι δὲ Σχοίνου τε, καὶ Ἀσφάλτου, καὶ Θρύου καὶ

E. 1. μνῶν] Corrigunt Xyl. Baxt. Squir. γενῶν. Antea ipſe conjeceram δυνάμεων. Pro Σχοίνου, E habet Σχίνου ut conjecerat Bentleius et Reiſk.

eſſe copioſam flammam, utpote quæ aerem attenuet: hoc autem fit rectius, ſi odorata ligna urantur, ut cupreſſi, juniperi, piceæ. Acro medicus Athenis tempore magnæ peſtis gloriam ſibi paravit, jubendo ignem pone ægrotantes accendi: nam juvit non paucos. Ariſtoteles etiam affirmat, unguentorum, florum, pratorumque ſuaves fragrantias non minus ad ſanitatem facere quam ad voluptatem: quod ex cerebrum natura frigidum et ad concretionem proclive ſenſim ſuo calore et levitate relaxent. Id quoque ad rationem cauſæ reddendæ nonnullum adfert teſtimonium, quod myrrham Ægypii *Bal* nominant: quæ vox, ſi interpreteris, delirationis ſignificat amolitionem.

LXXXI. Kyphi porro, mixtura eſt ſedecim rerum in unum compoſitarum: mellis, vini, uvæ paſſæ, cyperi, reſinæ, myrrhæ, aſpalathi, ſeſelis, junci odorati, bituminis, folii ficulni, rumicis, juniperi utriuſ-

Digitized by Google

λαπάθου, πρὸς δὲ τούτοις, ἀρκευθίδων ἀμφοῖν, ὧν τὴν μὲν, μείζονα, τὴν δὲ, ἐλάττονα καλοῦσι, καὶ καρδαμώμου καὶ καλάμου. Συντίθενται δὲ οὐχ ὅπως ἔτυχεν, ἀλλὰ γραμμάτων ἱερῶν τοῖς μυρεψοῖς, ὅταν ταῦτα μιγνύωσιν, ἀναγινωσκομένων. Τὸν δὲ ἀριθμὸν, εἰ δὲ πάνυ δοκεῖ τετράγωνος ἀπὸ τετραγώνου, καὶ μόνος ἔχων τὸν ἴσον
F ἰσάκις ἀριθμὸν τῷ χωρίῳ τὴν περίμελρον ἴσην ἀγαγέσθαι προσηκόντως, ἐλάχιστα ῥητέον εἰς γε τοῦτο συνεργεῖν ἄλλα πλεῖστα τῶν συλλαμβανομένων, ἀρωματικὰς ἔχοντα δυνάμεις, γλυκὺ πνεῦμα καὶ χρηστὴν μεθίησιν ἀναθυμίασιν, ὑφ' ἧς ὅ, τε ἀὴρ τρεπόμενος καὶ τὸ σῶμα διὰ τῆς πνοῆς κινούμενον λείως καὶ προσηνῶς, ὑπνοῦται καὶ κρᾶσιν ἐπαγωγὸν ἴσχει, καὶ τὰ λυπηρὰ καὶ σύντονα τῶν μεθημερινῶν φροντίδων, ἄνευ μέθης, οἷον ἅμματα χαλᾷ καὶ διαλύει· καὶ τὸ φανταστικὸν καὶ δεκτικὸν ὀνείρων

F. 1. περίμελρον ἴσην ἀγαγέσθαι] Legendum περίμετρον ἴσην, ἀγαπᾶσθαι προσηκόντως—συνεργεῖν ἀλλὰ τὰ πλεῖστα·

F. 6. λείως καὶ προσηνῶς, ὑπνοῦται] Auſus ſum hoc recipere veriſſimum loco mendoſiſſimi vulgati ὡς δεῖ καὶ πρὸς ἡμᾶς ὑπνοῦται. Et primum, ὡς δεῖ eſt Stephani correctio pro lectione vetere δεῖ ὡς quæ eſt in Ald. Baſ. Xyl. E. Ven. Flor. ex qua in promptu eſt colligere verum λείως. Porro προσηνῶς Mez. Bentl. Markl. Pro ὑπνοῦται καὶ κρᾶσιν Mez. etiam corrigit ὕπνου τε κρᾶσιν.

que, (duas enim nominant, majorem ac minorem) cardamomi, et calami. Has autem ſpecies non temere componunt, ſed ſeplaſiariis, dum iſthæc miſcent, ſacræ recitantur litteræ. Ipſe numerus aliquid videtur habere, quod nimirum quadratus eſt a quadrato procreatus, ſolus talium pariter par, et areæ quantitatem cum ambitus numero eandem, propterea que merito aſſumtus: ſed ad hoc conducunt plurima eorum quæ miſcentur, aromaticis prædita facultatibus. Itaque Kyphi ſuavem emittit utilemque exhalationem, qua aer mutatus ſpiritu ſuo etiam corpus afficit, temperiemque blandam adipiſcitur: et moleſtiam ac vehementiam diurnarum curarum quaſi vincula quædam animi citra ebrietatem relaxat: facultatemque animi imaginatricem et ſomniorum

Digitized by Google

μορίον ὥσπερ κάτοπτρον ἀπολεαίνει, καὶ ποιεῖ καθαρώτερον, 384
οὐδὲν ἧττον ἢ τὰ κρούματα τῆς λύρας, οἷς ἐχρῶντο πρὸ
τῶν ὕπνων οἱ Πυθαγόρειοι, τὸ ἐμπαθὲς καὶ ἄλογον τῆς
ψυχῆς ἐξεπάδοντες οὕτω καὶ θεραπεύοντες. Τὰ γὰρ
ὀσφραντὰ πολλάκις μὲν τὴν αἴσθησιν ἀπολείπουσαν
ἀνακαλεῖται, πολλάκις δὲ πάλιν ἀμβλύνει καὶ κατηρε-
μίζει διαχεομένων ἐν τῷ σώματι τῶν ἀναλωμάτων ὑπὸ
λειότητος· ὥσπερ ἔνιοι τῶν ἰατρῶν τὸν ὕπνον ἐγγίνεσθαι
λέγουσιν ὅταν ἡ τῆς τροφῆς ἀναθυμίασις οἷον ἕρπουσα
λείως περὶ τὰ σπλάγχνα, καὶ ψηλαφῶσα ποιεῖ τινα
γαργαλισμόν. Τῷ δὲ Κῦφι χρῶνται καὶ πόματι καὶ B
κρᾶματι· πινόμενον γὰρ δοκεῖ τὰ ἐντὸς καθαίρειν, κοι-
λίας μαλακτικόν. Ἄνευ δὲ τούτων, Ῥητίνη μὲν ἐστὶν
ἔργον ἡλίου καὶ Σμύρναι πρὸς τὴν σελήνην τῶν φυτῶν
ἐκδακρυόντων. Τῶν δὲ τὸ Κῦφι συντιθέντων ἐστὶν ἃ

A. 1. μορίον] Aſſumpſimus ex E. P. Jun.
A. 7. διαχεομένων—λειότητος] Puto hæc tranſponenda poſt ὅταν.
B. 2. κοιλίας μαλακτικὸν] Addendum ὄν. Pro κοιλίας habent χρῆ libri A. E. Venet. Ald. Baſ. Xyl. Unde Reiſkius χρῆμα conficit.
B. 4. τὴν σελήνην] Mez. τὸ σέλας. Reiſk. τὴν ὕλην. Tale quid requiritur.

capacem lævigat inſtar ſpeculi, purioremque reddit: non minus id quidem efficaciter, quam lyræ ſtrepitus, quibus ante ſomnum Pythagorei utebantur, brutam motibuſque ſubitis obnoxiam animæ partem ea ratione excantantes atque ſedantes. Odores enim ſæpe ſenſum deficientem revocant, ſæpe etiam contra hebetant ac ſopiunt, diffuſis ob lævitatem per corpus exhalationibus: ſicut medicorum nonnulli ſomnum oboriri aiunt, quando alimenti vapor veluti ſerpens leniter circum inteſtina et ea contrectans titillationem quandam inducit. Kyphi porro Ægyptiis etiam ad bibendum temperatur; potum enim videtur ob vim molliendi ſuam interiora purgare. Præter hæc, reſina Solis eſt opus: et myrrha lachryma eſt ad Lunam a ſtirpibus edita. Eorum porro quæ in Kyphi componuntur, ſunt quæ nocte magis

Digitized by Google

νυκτὶ χαίρει μᾶλλον, ὥσπερ ὅσα πνεύμασι ψυχροῖς καὶ σκιαῖς καὶ δρόσοις καὶ ὑγρότητι τρέφεσθαι πέφυκεν. Ἐπεὶ τὸ τῆς ἡμέρας φῶς ἓν μὲν ἐστι καὶ ἁπλοῦν, καὶ τὸν ἥλιον ὁ Πίνδαρος ὁρᾶσθαι φησὶν ἐρήμης δι' αἰθέρος· ὁ δὲ νυκτερινὸς ἀὴρ κρᾶμα σύμμιγμα πολλῶν γέγονε φώτων καὶ δυνάμεων, οἷον σπερμάτων εἰς ἓν ἀπὸ παντὸς
C ἄστρου καταῤῥεόντων. Εἰκότως οὖν ἐκεῖνα μὲν, ὡς ἁπλᾶ καὶ ἀφ' ἡλίου τὴν γένεσιν ἔχοντα, δι' ἡμέρας, ταῦτα δὲ ὡς μικτὰ καὶ παντοδαπὰ ταῖς ποιότησιν, ἀρχομένης νυκτὸς ἐπιθυμιῶσιν.

gaudent, ut quæ ſpiritibus frigidis, umbris, rore, et humoribus aluntur. Nam diei lux una eſt et ſimplex: et Solem Pindarus cerni ait per vacuum ætherem. Nocturnus autem aer mixtus temperatuſque eſt e variis luminibus atque facultatibus, quæ veluti ſemen in unum ab omnibus ſtellis confluunt. Ergo non abs re illa ut ſimplicia et a Sole procreata interdiu: hæc ut mixta et omnigenis qualitatibus prædita, ineunte nocte adolent.

Digitized by Google

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΟΥ ΕΙ ΕΝ ΔΕΛΦΟΙΣ.

Digitized by Google

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΑΜΜΩΝΙΟΣ.
ΛΑΜΠΡΙΑΣ.
ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ.

ΘΕΩΝ.
ΕΥΣΤΡΟΦΟΣ.
ΝΙΚΑΝΔΡΟΣ.

DIALOGI PERSONÆ.

AMMONIUS.
LAMPRIAS.
PLUTARCHUS.

THEON.
EUSTROPHUS.
NICANDER.

Digitized by Google

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΟΥ ΕΙ ΕΝ ΔΕΛΦΟΙΣ.

PLUTARCHI

DE

EI DELPHICO.

D ΣΤΙΧΙΔΙΟΙΣ τισὶν οὐ φαύλως ἔχουσιν, ὦ φίλε Σαραπίων, ἐνέτυχον πρώην, ἃ Δικαίαρχος Εὐριπίδην οἴεται πρὸς Ἀρχέλαον εἰπεῖν,

Οὐ βούλομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι πένης,
Μή μ' ἄφρονα κρίνῃς, ἢ διδοὺς αἰτεῖν δοκῶ.

χαρίζεται μὲν γὰρ οὐδὲν ὁ διδοὺς ἀπ' ὀλίγων μικρὰ τοῖς πολλὰ κεκτημένοις· ἀπιστούμενος δὲ ἀντὶ μηδενὸς διδόναι, κακοηθείας καὶ ἀνελευθερίας προσλαμβάνει δόξαν.

INCIDI nuper, mi Sarapio, in verſiculos quoſdam nequaquam inelegantes: quibus Dicæarchus exiſtimat Archelaum fuiſſe ab Euripide compellatum:

Nolo tibi dare dona pauper diviti:
Deſipere ne putes me, vel dando petere.

Nullam enim gratiam init, qui de exiguis opibus parvum aliquid multa poſſidenti dat: et cum fidem non facit ſe gratis dare, in malitiæ ſimul ac illiberalitatis venit ſuſpicionem.

Digitized by Google

Ἄρα δὴ ὅσον ἐλευθεριότητι καὶ κάλλει τὰ χρηματικὰ E
δῶρα λείπεται τῶν ἀπὸ λόγου καὶ σοφίας, καὶ διδόναι καλόν ἐστι, καὶ διδόντας ἀνταιτεῖν ὅμοια παρὰ τῶν λαμβανόντων. Ἐγὼ γοῦν πρὸς σε, καὶ διὰ σὲ, τοῖς αὐτόθι φίλοις τῶν Πυθικῶν λόγων ἐνίους, ὥσπερ ἀπαρχὰς ἀποστέλλων, ὁμολογῶ προσδοκᾷν ἑτέρους καὶ πλείονας καὶ βελτίονας παρ' ὑμῶν, ἅτε δὴ καὶ πόλει χρωμένων μεγάλῃ, καὶ σχολῆς μᾶλλον ἐν βιβλίοις πολλοῖς καὶ παντο- F
δαπαῖς διατριβαῖς εὐπορούντων. Ὁ δ' οὖν φίλος Ἀπόλλων ἔοικε τὰς μὲν περὶ τὸν βίον ἀπορίας ἰᾶσθαι καὶ διαλύειν, θεμιστεύων τοῖς χρωμένοις, τὰς δὲ περὶ τὸν λόγον αὐτὸς ἐνιέναι καὶ προβάλλειν τῷ φύσει φιλοσόφῳ τῆς ψυχῆς, ὄρεξιν ἐμποιῶν ἀγωγὸν ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν· ὡς ἄλλοις τε πολλοῖς δῆλόν ἐστι, καὶ τῇ περὶ τοῦ ΕΙ καθιερώσει. Τοῦτο γὰρ εἰκὸς οὐ κατὰ τύχην, οὐδ' οἷον ἀπὸ κλήρου τῶν γραμμάτων, μόνον ἐν προεδρίᾳ παρὰ

F. 5. αὐτὸς ἐνιέναι] Vulgo αὐτὰς ἀνιέναι. Ven. Mez. αὐτός. B. D. Ven. ἐνιέναι.
F. 7. περὶ τοῦ ΕΙ] περὶ forte delendum cum R.

At enim, quanto liberalitate ac pulchritudine munera pecuniaria donis doctrinæ et ſapientiæ ſunt inferiora, tanto honeſtius eſt cum dare hæc, tum ab iis quibus dantur ſimilia repoſcere. Itaque ego ad te, et propter te ad amicos iſthic degentes Pythicis de rebus quoſdam commentarios mittens, fateor alios me a vobis, et plures et meliores exſpectare; quippe cum et magna vos in urbe verſemini, et otio inter multos libros atque omnis generis diſputationes fruamini. Enimvero Apollo noſter, ut apparet, cum difficultates vitæ incidentes ſublevet atque diſſolvat edendis oraculorum reſponſis, eas quæ in doctrina verſantur, ipſe profert et proponit excutiendas ei animi facultati quæ ſtudio ſapientiam ſectatur, appetitum ingenerans qui ad veritatem ducat: id cum aliis multis rebus manifeſtum fit, tum inſcriptionis EI dedicatione. Conſentaneum enim eſt eam literam non forte fortuna, neque veluti ſorte inter literas

Digitized by Google

385 τῷ θεῷ γενέσθαι, καὶ λαβεῖν ἀναθήματος τάξιν ἱεροῦ καὶ θεάματος· ἀλλ' ἢ δύναμιν αὐτοῦ κατιδόντας ἰδίαν καὶ περιττὴν, ἢ συμβόλῳ χρωμένους πρὸς ἕτερόν τι τῶν ἀξίων σπουδῆς τοὺς ἐν ἀρχῇ περὶ τὸν θεὸν φιλοσοφήσαντας, οὕτως προσέσθαι. Πολλάκις οὖν ἄλλοτε τὸν λόγον ἐν τῇ σχολῇ προβαλλόμενον ἐκκλίνας ἀτρέμα καὶ παρελθὼν, ἔναγχος ὑπὸ τῶν υἱῶν ἐλήφθην ξένοις τισὶ συμφιλοτιμούμενος, οὓς εὐθὺς ἐκ Δελφῶν ἀπαίρειν μέλλοντας, οὐκ ἦν εὐπρεπὲς παράγειν, οὐδὲ παραιτεῖσθαι, πάντως ἀκοῦσαί τι προθυμουμένους. Ὡς δὲ καθίσας περὶ
conſiderat quid agendum ſit aut non agendum, prudentiæ nomen gerit: dum moderatur cupiditatibus modumque et legitimum voluptatibus tempus definit, temperantiæ: dum commercia contractuſque hominum invicem temperat, juſtitiæ: ſicut culter unus quidem eſt, alias autem aliud ſcindit: et ignis unica ſua natura utens in varias agit materias. Sublabi in hanc ſententiam Zeno etiam quodammodo videtur Citieus, qui prudentiam definiens in tribuendis rebus juſtitiam, in ſequendis aut fugiendis temperantiam, in ſuſtinendis fortitudinem nuncupat: qui hæc defendunt, volunt prudentiæ vocem a Zenone pro ſcientia fuiſſe uſurpatam. Chryſippus autem dum ſecundum qualitatem, quamvis peculiarem aliquam virtutem putat debere conſtitui, imprudens totum, ut eſt apud Platonem, examen virtutum excitavit incognitum atque inſolens: nam ſicut a forti fortitudinem, a manſueto manſuetudinem, a juſto juſti-

παρὰ τὸν δίκαιον, οὕτως παρὰ τὸν χαρίεντα χαριεντότητα, καὶ παρὰ τὸν ἐσθλὸν ἐσθλότητα, καὶ παρὰ τὸν μέγαν μεγαλότητα, καὶ παρὰ τὸν καλὸν καλότητα, ἑτέρας τε τοιαύτας, ἐπιδεξιότητας, εὐαπαντησίας, εὐτραπελίας, Ἀρετὰς τιθέμενος, πολλῶν καὶ ἀτόπων ὀνομάτων οὐδὲν δεομένην ἐμπέπληκε φιλοσοφίαν. C

γ΄. Κοινῶς δὲ ἅπαντες οὗτοι τὴν Ἀρετὴν τοῦ ἡγεμονικοῦ τῆς ψυχῆς διάθεσίν τινα καὶ δύναμιν γεγενημένην ὑπὸ λόγου, μᾶλλον δὲ λόγον οὖσαν αὐτὴν ὁμολογούμενον καὶ βέβαιον καὶ ἀμετάπτωτον, ὑποτίθενται· καὶ νομίζουσιν οὐκ εἶναι τὸ παθητικὸν καὶ ἄλογον διαφορᾷ τινι καὶ φύσει ψυχῆς τοῦ λογικοῦ διακεκριμένον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ τῆς ψυχῆς μέρος, ὃ δὴ καλοῦσι διάνοιαν καὶ ἡγεμονικόν, δι᾽ ὅλου τρεπόμενον καὶ μεταβάλλον ἔν τε τοῖς πάθεσι, καὶ ταῖς κατ᾽ ἕξιν ἢ διάθεσιν μεταβολαῖς, Κακίαν τε γίνεσθαι καὶ Ἀρετήν, καὶ μηδὲν ἔχειν ἄλογον ἐν ἑαυτῷ· D λέγεσθαι δὲ ἄλογον, ὅταν τῷ πλεονάζοντι τῆς ὁρ-

tiam: ſic a gratioſo gratioſitatem, a bono bonitudinem, a magno magnitatem, ab honeſto honeſtitudinem, aliaſque id genus dexteritates, compellabilitates, verſabilitates, Virtutum in numero cenſens, multis et abſurdis nominibus nihil tale deſiderantem implevit philoſophiam.

III. In eo omnes conveniunt, quod Virtutem partis animæ principis affectionem quandam et facultatem ratione partam, aut ipſam potius eſſe rationem ſibi conſentientem, firmam, atque inexpugnabilem ponunt: ſentiuntque partem animi motibus obnoxiam ſubitis atque brutam, non differentia naturæ quadam a ratione diſcretam eſſe: ſed ipſam illam animi partem, quam rationem et principem vocant, totam prorſus converſam ac mutatam ſub motus animi ſubitos, mutationeſque habitum aut affectionem efficientes aliquam, fieri Vitium vel Virtutem, nihilque habere in ſe brutum: ſed brutum dici, quando vi incitatæ appetitionis

μῆς ἰσχυρᾷ γενομένῳ καὶ κρατήσαντι, πρός τι τῶν ἀτόπων παρὰ τὸν αἱροῦντα λόγον ἐκφέρηται· καὶ γὰρ τὸ πάθος εἶναι λόγον πονηρὸν καὶ ἀκόλαστον, ἐκ φαύλης καὶ διημαρτημένης κρίσεως σφοδρότητα καὶ ῥώμην προσλαβόντα. Ἔοικε δὲ λαθεῖν τοῦτο τοὺς ἅπαντας ἡ διττὸς ἡμῶν, ὡς ἀληθῶς, ἕκαστός ἐστι καὶ σύνθετος· τὴν γὰρ ἑτέραν διπλόην οὐ κατεῖδον, ἀλλὰ τὴν ψυχῆς καὶ σώματος μίξιν ἐμφανεστέραν οὖσαν· ὅτι δὲ αὐτῆς ἐστι
E τῆς ψυχῆς ἐν ἑαυτῇ σύνθετόν τι καὶ διφυὲς καὶ ἀνόμοιον, ὥσπερ ἑτέρου σώματος τοῦ ἀλόγου πρὸς τὸν λόγον ἀνάγκῃ τινὶ καὶ φύσει συμμιγέντος καὶ συναρμοσθέντος, εἰκὸς μὲν ἐστι μηδὲ Πυθαγόραν ἀγνοῆσαι, τεκμαιρομένους τῇ περὶ τὴν μουσικὴν σπουδῇ τοῦ ἀνδρὸς, ἣν ἐπηγάγετο τῇ ψυχῇ κηλήσεως ἕνεκα καὶ παραμυθίας, ὡς οὐ πᾶν ἐχούσῃ διδασκαλίᾳ καὶ μαθήμασιν ὑπήκοον, οὐδὲ λόγῳ μεταβλητὸν ἐκ κακίας, ἀλλά τινος ἑτέρας πειθοῦς συνεργοῦ καὶ πλάσεως καὶ τιθασσεύσεως δεόμενον, εἰ μὴ παντά-

prævalente et obtinente, ad abſurdum aliquid contra rationis conſilium effertur: motum enim illum rationem eſſe pravam et intemperantem, a vitioſo et falſo judicio vehementiam vireſque conſecutam. Cæterum omnes hos videtur latuiſſe quo modo unuſquiſque noſtrum revera duplex ſit atque compoſitus. Non enim perſpexerunt utramque duplicitatem noſtri, ſed eam duntaxat, quæ evidentior eſt, ex anima et corpore compoſitionem. Atqui ipſam animam e duabus ac diſſimilibus iis naturis eſſe conflatam, ut bruta pars, inſtar alterius corporis, atque ratio commixtæ atque concinnatæ inter ſe ſint natura quadam et neceſſitate, ne Pythagoram quidem, puto, fefellit: idque conjicio ex ejus ſtudio muſicæ, quam ille animæ demulcendæ atque pacandæ cauſa induxit; ut quæ non omnia haberet doctrinæ ac diſciplinis obedientia, aut quæ de vitio ad virtutem oratione traduci poſſent: ſed quippiam alius generis ſuadelam, formationem, atque cicurationem præterea deſiderans,

πᾶσι μέλλοι φιλοσοφίᾳ δυσμεταχείριστον εἶναι καὶ ἀπειθές. Ἐμφανῶς μέντοι καὶ βεβαίως καὶ ἀναμφιδόξως Πλάτων συνεῖδεν ὅτι τούτου γε τοῦ κόσμου τὸ ἔμψυχον, οὐχ ἁπλοῦν οὐδὲ ἀσύνθετον οὐδὲ μονοειδές ἐστιν, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς ταὐτοῦ καὶ τῆς τοῦ ἑτέρου μεμιγμένον δυνάμεως, τῇ μὲν ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ κοσμεῖται καὶ περιπολεῖ μιᾷ τάξει κρατοῦς ἐχούσῃ χρώμενον, τῇ δὲ εἴς τε κινήσεις καὶ κύκλους σχιζόμενον ὑπεναντίους καὶ πλανητοὺς, ἀρχὴν διαφορᾶς καὶ γένεσιν· ἥ τε ἀνθρώπου ψυχὴ, μέρος ἢ τμῆμα τῆς τοῦ παντὸς οὖσα, καὶ συνηρμοσμένη κατὰ λόγους καὶ ἀριθμοὺς ἐοικότας ἐκείνοις, οὐχ ἁπλῆ τις ἐστὶν 113 οὐδὲ ὁμοιοπαθής, ἀλλ᾽ ἕτερον μὲν ἔχει τὸ νοερὸν, καὶ λογιστικὸν, ᾧ κρατεῖν τοῦ ἀνθρώπου κατὰ φύσιν καὶ ἄρχειν προσῆκόν ἐστιν· ἕτερον δὲ τὸ παθητικὸν καὶ ἄλογον καὶ πολυπλανὲς καὶ ἄτακτον ἐξ ἑαυτοῦ ἐπιστασίας δεόμενον.

A. 5. ἄτακτον ἐξ ἑαυτοῦ ἐπιστασίας δεόμενον] Vere ita Mez. Vulgo, ἄτακτον ἐξ ἐπιστασίας ἑαυτοῦ δεόμενον. Steph. primus recepit ἐπιστασίας a Pol. Leonic. Schott. ſed alieno poſuit loco.

ne plane Philoſophiæ intractabile ſe atque refractarium præbeat. Plato quidam aperte, firmiter, atque citra ullam controverſiam ſenſit hujus mundi animam non eſſe ſimplicem, non compoſitionis expertem, non uniformem: ſed quæ ex Ejuſdem et Diverſi vi contemperata, alias uno ordine vi prædito utens eodem modo ſemper regatur atque obverſetur: alias in motus ſciſſa, orbeſque vagos et invicem contrarios, rerum differentiis atque ortibus principium exhibeat. Tum hominis animam, quæ animæ Univerſi portio rationibus ac numeris huic congruentibus ſit concinnata, non ſimplicem eſſe aut eodem per omnia modo affectam: ſed aliam ejus partem intelligentem eſſe ac ratiocinatricem, qua hominem regi naturæ ſit conveniens: aliam, quæ variis motibus obnoxia, bruta, vaga et incompoſita ſuapte natura, gubernante opus habeat: atque hanc

οὐ πάλιν δίχῃ μεριζομένου, τὸ μὲν ἀεὶ σωματικὸν κέκληται ἐπιθυμοῦν, τὸ δὲ ἔστι μὲν ᾗ τούτῳ προστιθέμενον, ἔστι δὲ ᾗ τῷ λογισμῷ παρέχον ἰσχὺν ἐπὶ τοῦτο καὶ δύναμιν, θυμοειδές· ἀποδείκνυσι δὲ τὴν διαφορὰν μάλιστα τῇ τοῦ λογιζομένου καὶ φρονοῦντος ἀντιβάσει, πρὸς τὸ ἐπιθυμοῦν καὶ θυμούμενον· ὥστε ἕτερα εἶναι πολλάκις ἀπει-
B θοῦντα καὶ δυσμαχοῦντα πρὸς τὸ βέλτιστον. Ταύταις ἐχρήσατο ταῖς ἀρχαῖς πλεῖστον Ἀριστοτέλης, ὡς δῆλόν ἐστιν ἐξ ὧν ἔγραψεν· ὕστερον δὲ τὸ μὲν θυμοειδὲς τῷ ἐπιθυμητικῷ προσένειμεν, ὡς ἐπιθυμίαν τινὰ τὸν θυμὸν ὄντα καὶ ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως· τῷ μέν τοι παθητικῷ καὶ ἀλόγῳ μέχρι παντὸς ὡς διαφέροντι τοῦ λογιστικοῦ, χρώμενος διετέλεσεν, οὐχ ὅτι παντελῶς ἄλογόν ἐστιν, ὥσπερ τὸ αἰσθητικὸν ἢ τὸ θρεπτικὸν καὶ φυτικὸν τῆς ψυχῆς μέρος· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὅλως ἀνήκοα λόγου καὶ κωφὰ πρό-

A. 7. ἐπιθυμοῦν] Deeſt in Ald. Baſ. Xyl. B. P. Recepit Steph. τὸ ἐπιθυμοῦν: articulum delevi cum T. Bong. ἐπιθυμοῦν habent item E. Venet. 1. 2. 3. Pol. Jannot. Schott.

B. 2. πλεῖστον] Forte πρῶτον.

rurſum in duas ſcindi partes: quarum altera, ſemper corporea illa, appelletur Cupiditas: altera nonnunquam huic ſe accommodans, aliquando rationi obtemperans, eique vim et facultatem adverſus Cupiditatem præbens, Iracundia dicatur. Diſcrimen autem maxime demonſtrat mentis ac rationis adverſus Cupiditatem et Iracundiam pugna, quæ oſtendit multa alia eſſe, quæ optimæ adverſentur parti. His principiis plurimum uſus eſt Ariſtoteles, quod ex ejus ſcriptis eſt manifeſtum. Poſtea tamen iraſcentem partem concupiſcenti adjunxit, quod excandeſcentia animi appetitus quidam ſit viciſſim lædendi: tamen partem brutam et ſubitis affectionibus obnoxiam ſemper et ad extremum uſque ita ut diverſam a ratiocinatrice uſurpavit; non quod ea prorſum bruta ſit ſicut ea animæ vis qua ſentimus, alimur, vegetamur: ſed cum hæc rationi nihil quicquam omnino o-

Digitized by Google

πον τινὰ τῆς σαρκὸς ἐκβεβλάστηκε, καὶ περὶ τὸ σῶμα παντελῶς καταπέφυκε· τὸ δὲ παθητικὸν οἰκείου λόγου C στέρεται καὶ ἄμοιρόν ἐστιν, ἄλλως δὲ τοῦ λογιζομένου καὶ φρονοῦντος εἰσακούειν καὶ τρέπεσθαι πρὸς ἐκεῖνο καὶ ὑπείκειν καὶ κατασχηματίζεσθαι πέφυκεν, ἐὰν μὴ τέλεον ᾖ διεφθαρμένον ὑφ' ἡδονῆς ἀμαθοῦς καὶ ἀκολάστου διαίτης.

δ'. Οἱ δὲ θαυμάζοντες ὅπως ἄλογον μέν ἐστι, λόγῳ δὲ ὑπήκοον, οὔ μοι δοκοῦσι τοῦ λόγου περινοεῖν τὴν δύναμιν ὅση πέφυκε καὶ ἐφ' ὅσον διέρχεται τῷ κρατεῖν καὶ ἄγειν, οὐ σκληραῖς οὐδὲ ἀντιτύποις ἀγωγαῖς, ἀλλὰ τυπικαῖς, καὶ τὸ ἐνδόσιμον καὶ πειθήνιον ἁπάσης ἀνάγκης καὶ βίας ἐχούσαις ἀνυσιμώτερον. Ἐπεὶ καὶ πνεῦμα D δήπου καὶ νεῦρα καὶ ὀστᾶ καὶ τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ σώματος, ἄλογά ἐστιν, ἀλλ' ὅταν ὁρμὴ γένηται, σείσαντος ὥσπερ ἡνίας τοῦ λογισμοῦ, πάντα τέτακται καὶ συνῆκται καὶ ὑπακούει· καὶ πόδες τε, θεῖν διανοηθέντος, εὔτονοι, καὶ χεῖ-

D. 4. τέτακται] Non minus probabile eſt τέταται, quod habent T. V. Anon. E. Venet. 1.

bediens, ac ſurda quodammodo e carne edita ſit, omninoque corpori inhæreſcat: illa altera motuum ſubitorum capax propriæ expers rationis, ea tamen eſt natura, ut mentem ac rationem audire, ad eam ſe convertere, parere, et conformari ab ea poſſit, niſi inſcita voluptate et intemperante vitæ ratione plane ſit peſſundata.

IV. Qui vero non aſſequuntur quomodo brutum quod eſt, rationi obtemperare poſſit: ii mihi non videntur vim rationis perſpicere, quanta ſit ea, quo penetret imperando ac ducendo: non duris hoc et refractariis ductibus, ſed conformantibus et obedientia ac concedendo plus quavis neceſſitate ac vi conficientibus. Etenim ſpiritus, nervi et oſſa, reliquæque corporis partes utique rationis vacua ſunt: tamen dato impetu, ubi ratio quaſi concuſſit habenas, omnia ſuum ordinem ſervant, congruunt, et parent: ac pedes, ubi viſum fuerit animo ut curratur, intendunt

ρες εἰς ἔργον καθιστάνται, βαλεῖν ἢ λαβεῖν ὁρμήσαντος. Ἄριστα δὲ ὁ ποιητὴς τὸ συμπαθοῦν καὶ συγκατασχηματιζόμενον τῷ λόγῳ τοῦ ἀλόγου παρίστησι διὰ τούτων,

Ὣς τῆς τήκετο καλὰ παρήϊα δακρυχεούσης,
E *Κλαιούσης ἑὸν ἄνδρα παρήμενον· αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς*
Θυμῷ μὲν γοόωσαν ἑὴν ἐλέαιρε γυναῖκα,
Ὀφθαλμοὶ δ' ὡσεὶ κέρα ἕστασαν ἠὲ σίδηρος
Ἀτρέμας ἐν βλεφάροισι, δόλῳ δέ γε δάκρυα κεῦθεν.

οὕτως κατήκοον εἶχε τῆς κρίσεως καὶ τὸ πνεῦμα καὶ τὸ αἷμα καὶ τὸ δάκρυον. Δηλοῦσι δὲ καὶ περὶ καλαῖς καὶ καλοῖς, ὧν οὐκ ἐᾷ λόγος οὐδὲ νόμος θιγεῖν, αἰδοίων φυγαὶ καὶ ἀναχωρήσεις ἡσυχίαν ἀγόντων καὶ ἀτρεμούντων· ὃ μάλιστα συμβαίνει τοῖς ἐρῶσιν, εἶτα ἀκούσασιν ὡς ἀδελφῆς ἐρῶντες ἢ θυγατρὸς ἠγνοήκασιν· ἅμα γὰρ ἔπληξε
F τὸ ἐπιθυμοῦν ἀψαμένου τοῦ λόγου, καὶ τὸ σῶμα τὰ μέρη συνευσχημονοῦντα τῇ κρίσει παρέσχε. Σιτίοις γε μὴν πολλάκις καὶ ὄψοις μάλα ἡδέως προσενεχθέντες, ἂν αἴσθωνται καὶ μάθωσιν αὐτοὺς τοῦ μὴ καθαρῶν τι μηδὲ νο-

ſe curſui, manus operi, ſi quid jacere aut apprehendere voluit. Optime autem poëta his verbis expreſſit, quomodo cum ratione conſentiant, ad eamque ſe accommodent brutæ partes:

Hujus per teneras lacbrymarum flumina malas
Manabant, ſocium thalami deflentis: Ulyſſes
Uxoris fletum miſeratus mente pudicæ,
Intra palpebras ceu cornu immota tenebat
Lumina, vel ferrum: lacbrymas aſtuque premebat.

ita ſpiritum, ſanguinem, et lachrymas habuit rationis dicto audientes. Hoc etiam demonſtrant apud formoſos aut formoſas, ubi tangere ratio et lex vetat, pudendorum receſſio, ſe demittentium ac quieſcentium: quod maxime uſu venit amore correptis, qui audiverunt ſe per errorem ſororis aut filiæ amore captos fuiſſe; nam ſimulatque Cupiditas, ratione eam tangente, ſubſidet, ſtatim corpus membra judicio honeſte conformata præbet. Sæpe etiam cibos et obſonia cum magna voluptate edentes, ubi ſentiunt aut diſcunt ſe aliquid impurum aut illicitum ſumſiſſe,

Digitized by Google

μίμων ἐδηδοκότας, οὐ τῇ κρίσει μόνον ἐπιτίθενται τὸ λυποῦν καὶ δάκνον, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα τῇ δόξῃ συνδιατρεπόμενον, καὶ ἀναπιμπλάμενον, ἔμετοι καὶ διατροπαὶ ναυτιώδεις ἴσχουσι. Δέδοικα δὲ μὴ δόξαιμι παντάπασιν ἐπαγωγὰ καὶ νεαρὰ τῷ λόγῳ περαίνειν, ψαλτήρια δεξιὼν 441
καὶ λύρας, καὶ πηκτίδας καὶ αὐλοὺς, καὶ ὅσα μουσικῆς προσῳδὰ καὶ προσήγορα μηχανησαμένης ἀνθρωπίνοις πάθεσιν, ἄψυχα συνῆλθε, καὶ συνεπιθρηνεῖ, καὶ συνᾴδει, καὶ συνακολασταίνει, τὰς κρίσεις ἀναφέροντα καὶ τὰ πάθη καὶ τὰ ἤθη τῶν χρωμένων. Καίτοι καὶ Ζήνωνά φασιν εἰς θέατρον ἀνιόντα κιθαρῳδοῦντος Ἀμοιβέως, πρὸς τοὺς μαθητὰς, Ἴωμεν, εἰπεῖν, ὅπως καταμάθωμεν οἵαν ἔντερα καὶ νεῦρα καὶ ξύλα καὶ ὀστᾶ λόγου καὶ ἀριθμοῦ μετασχόντα καὶ τάξεως, ἐμμέλειαν καὶ φωνὴν ἀφίησιν. Ἀλλὰ ταῦτα ἐάσας, ἡδέως ἂν αὐτῶν πυθοίμην εἰ κύνας καὶ ἵππους B
καὶ ὄρνιθας οἰκείους ὁρῶντες, ἔθει καὶ τροφῇ καὶ διδασκαλίᾳ

A. 4. συνῆλθε] Forte συνήδεται ut Reiſk.

non tantum judicio aſſentientes animi morſus et moleſtiam percipiunt, ſed et ipſum corpus opinione iſta exagitatum vomitus et alterationes cum nauſea conjunctæ invadunt. Ac vereor ne plane ad alliciendum in hanc ſententiam compoſita, audaciuſque adſcita orationi videar inſerere, ſi barbita commemorem, lyras, pectides, tibias, et quæcumque, Muſica fabricante, humanis affectionibus cum affabilitate et concentu tractandis accommodata inſtrumenta, licet animæ exſortia, tamen ſe animorum noſtrorum judiciis, utentiumque voluntatibus applicant, una lugentia, cantantia, laſcivientia. Et tamen ipſum Zenonem ferunt, cum cithara caneret Amœbeus, adſcendiſſe ad theatrum, ac dixiſſe diſcipulis: *Eamus, ut diſcamus qualem viſcera, nervi, ligna, et oſſa numero atque ordine inſtituta vocem ac ſubtilitatem habeant.* Verum iſtis omiſſis, audire ex ipſis velim, An cum videant canes et equos atque aves, domi educata animalia, adſuefactione, alimento, et doctrina eo redi-

φωνάς τε συνετὰς καὶ πρὸς λόγον ὑπηκόους κινήσεις καὶ σχέσεις ἀποδιδόναι, καὶ πράξεις τὸ μέτριον καὶ τὸ χρήσιμον ἡμῖν ἐχούσας, Ὁμήρου δ' ἀκούοντες τὸν Ἀχιλλέα λέγοντος ὀτρύνειν ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἐπὶ τὴν μάχην, ἔτι θαυμάζουσι καὶ διαποροῦσιν εἰ τὸ θυμούμενον ἐν ἡμῖν καὶ ἐπιθυμοῦν καὶ λυπούμενον καὶ ἡδόμενον ὑπακούειν τε τῷ φρονοῦντι καὶ πάσχειν ὑπ' αὐτοῦ καὶ συνδιατίθεσθαι πέφυκεν, οὐκ ἀποικοῦν οὐδὲ ἀπεσχοινισμένον οὐδὲ πλασ- C σόμενον ἔξωθεν, οὐδὲ τυπούμενον ἀνάγκαις τισὶν ἢ πληγαῖς, ἀλλὰ φύσει μὲν ἐξηρτημένον, ἀεὶ δὲ ὁμιλοῦν καὶ συντρεφόμενον καὶ ἀναπιμπλάμενον ὑπὸ συνηθείας. Διὸ καὶ καλῶς ὠνόμασται τὸ ἦθος· ἔστι μὲν γὰρ, ὡς τύπῳ εἰπεῖν, ποιότης τοῦ ἀλόγου τὸ ἦθος· ὠνόμασται δὲ ὅτι τὴν ποιότητα ταύτην καὶ τὴν διαφορὰν ἔθει λαμβάνει τὸ ἄλογον ὑπὸ τοῦ λόγου πλαττόμενον, οὐ βουλομένου τὸ πά-

B. 10. ἀπεσχοινισμένον] ἀπεσχισμένον B. Venet. 1. Jannot.

gi, ut voces edant ſenſum aliquem habentes, motibuſque, geſtibus, et actionibus ſe rationis juſſui parentes exhibeant, noſtriſque uſibus applicent: cumque Homeri Achillem audiant ad pugnam equos viroſque inſtruere: adhuc mirentur, et dubitent, ſi facultas animi noſtri qua iraſcimur, appetimus, gaudemus, dolemus, ea ſit natura, ut obedire menti, affici ab ea, eique conſentire poſſit; cum quidem iſta facultas non alibi habitet, non extra limites circumſcripta ſit, non foris vagetur, neque neceſſitate aut verberibus ſubigatur, ſed ab eadem dependeat natura, una verſetur, una educetur, impleaturque mentis conſuetudine. Itaque Moribus Græci nomen *ethos* fecerunt percommode; ſunt enim, ut deſcriptionem informem, Mores (de quibus nobis ſermo eſt) qualitas quædam in bruta animi parte, ac nomen inde habent, quod hanc ſive differentiam ſive qualitatem effícta a ratione pars bruta in ſe recipit conſuetudinis (quæ illis eſt *ethos*) interventu. Non enim ratio omnem prorſus evellere perturbationem animi conatur: cum ne-

Digitized by Google

θος ἐξαιρεῖν παντάπασιν (οὔτε γὰρ δυνατὸν, οὔτε ἄμεινον,) ἀλλὰ ὅρον τινὰ καὶ τάξιν ἐπιτιθέντος αὐτῷ, καὶ τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς, οὐκ ἀπαθείας οὔσας ἀλλὰ συμμετρίας παθῶν καὶ μεσότητας, ἐμποιοῦντος· ἐμποιεῖ δὲ τῇ φρονήσει τὴν τοῦ παθητικοῦ δύναμιν εἰς ἕξιν ἀστείαν καθιστάς. D

Τρία γὰρ δὴ ταῦτά φασι περὶ τὴν ψυχὴν ὑπάρχειν, δύναμιν, πάθος, ἕξιν. Ἡ μὲν οὖν δύναμις, ἀρχὴ καὶ ὕλη τοῦ πάθους, οἷον ὀργιλότης, αἰσχυντηλία, θαῤῥαλεότης· τὸ δὲ πάθος, κίνησίς τις ἤδη τῆς δυνάμεως, οἷον ὀργὴ, θάρσος, αἰδὼς, θράσος· ἡ δὲ ἕξις, ἰσχὺς καὶ κατασκευὴ τῆς περὶ τὸ ἄλογον δυνάμεως ἐξ ἔθους ἐγγινομένη, Κακία μὲν ἂν φαύλως, Ἀρετὴ δὲ ἂν καλῶς ὑπὸ τοῦ λόγου παιδαγωγηθῇ τὸ πάθος.

ε'. Ἐπεὶ δὲ οὐ πᾶσαν Ἀρετὴν μεσότητα ποιοῦσιν οὐδὲ ἠθικὴν καλοῦσι, λεκτέον ἂν εἴη περὶ τῆς διαφορᾶς ἀρξαμένοις ἄνωθεν. Ἔστι τοίνυν τῶν πραγμάτων, τὰ μὲν ἁπλῶς

D. 5. θάρσος] Delendum, quod et Reiſk. monuit.
D. 11. Ἔστι τοίνυν] Sic B. E. Venet. 2. Baſ. Xyl. Mez. Stobæus Serm. III. p. 39. Vulgo, ἔτι τοίνυν.

que fieri id poſſit, neque expediat: ſed finem ei, quendamque imponit ordinem, ingeneratque Virtutes Morales, quæ non ſint vacuitates motuum ſeu affectuum animi, ſed eorum mediocritates et concinnitates: ingenerat autem, prudentiæ opera facultatem iſtam mobilem in habitu probo conſtituens. Tria enim hæc aiunt eſſe in animo hominis, facultatem, perturbationem ſeu mobilem affectionem, habitum. Eſt autem facultas principium et materies talis qualem dixi perturbationis: ut ſunt iracundia, verecundia, confidentia. Ipſa perturbatio iſthæc, motus jam eſt facultatis, ut ira, ut confidentia, ut pudor. Habitus robur jam eſt et conformatio brutæ facultati conſuetudine parta: iſque aut Vitium, ubi male, aut Virtus eſt, ſi quidem probe condocefacti fuerint motus.

V. Porro autem, quando non omnem Virtutem mediocritatem faciunt, moralemve appellant: altius repetita re differendum hoc de diſcrimine videtur. Rerum aliæ pro ſe ipſæ ſunt, aliæ certa ratione ad

Digitized by Google

E ἔχοντα, τὰ δὲ πῶς ἔχοντα πρὸς ἡμᾶς· ἁπλῶς μὲν οὖν ἔχοντα, γῆ, οὐρανὸς, ἄστρα, θάλασσα· πῶς δὲ ἔχοντα πρὸς ἡμᾶς, ἀγαθὸν, κακόν· αἱρετὸν, φευκτόν· ἡδὺ, ἀλγεινόν· ἀμφοῖν δὲ τοῦ λόγου θεωρητικοῦ ὄντος, τὸ μὲν περὶ τὰ ἁπλῶς ἔχοντα μόνον, ἐπιστημονικὸν καὶ θεωρητικόν ἐστι· τὸ δ' ἐν τοῖς πῶς ἔχουσι πρὸς ἡμᾶς, βουλευτικὸν καὶ πρακτικόν· ἀρετὴ δὲ τούτου μὲν ἡ φρόνησις, ἐκείνου
F δὲ ἡ σοφία. Διαφέρει δὲ σοφίας φρόνησις, ᾗ τοῦ θεωρητικοῦ πρὸς τὸ πρακτικὸν καὶ παθητικὸν ἐπιστροφῆς καὶ σχέσεώς τινος γενομένης ὑφίσταται κατὰ λόγον ἡ φρόνησις. Διὸ φρόνησις μὲν τύχης δεῖται· σοφία δὲ οὐ δεῖται πρὸς τὸ οἰκεῖον τέλος, οὐδὲ βουλῆς· ἔστι γὰρ περὶ τὰ ἀεὶ καὶ τὰ αὐτὰ ὡσαύτως ἔχοντα. Καὶ καθάπερ ὁ γεωμέτρης οὐ βου-
444 λεύεται περὶ τοῦ τριγώνου, εἰ δυοῖν ὀρθαῖς ἴσας ἔχει τὰς ἐντὸς

E. 1. ἁπλῶς] Hoc ter repoſui auctoritate Stobæi: vulgo omnes libri vitioſe habent ὅπως.

F. 5. περὶ τὰ ἀεὶ καὶ τὰ αὐτὰ ὡσαύτως ἔχοντα] Corrigendum περὶ τὰ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα.

nos referuntur. Pro ſe ipſæ ſunt, terra, cœlum, ſidera, mare. Ad nos certo modo reſpiciunt ſive referuntur, bonum, malum, expetendum, fugiendum, jucundum, moleſtum. Horum utrumque cum conſideret doctrina, ea quæ rebus duntaxat ſuo modo habentibus intenta eſt, contemplativa dicitur ac ſcientiis comprehenditur: quæ in certa conditione ad nos affectis, conſultrix eſt et actionibus deſtinata: hujus Virtus prudentia, illius ſapientia dicitur. Inter prudentiam ac ſapientiam hoc intereſt, quod ubi contemplatrix philoſophia ad activam et motus animi temperantem comparatur, rationi conſentaneum eſt ei prudentiam cedere. Nam prudentiæ fortuna opus eſt, quam, ut et conſultationem, ad ſuum finem ſapientia non deſiderat: verſatur enim in iis conſiderandis, quæ ſemper eodem ſunt modo. Atque ut geometra non deliberat de triangulo, an tres ejus anguli duos rectos æquent necne, quippe qui

ἀκρότης τοῦ λόγου καὶ δύναμις, ᾗ τὸ θειότατον ἐγγίνεται τῆς ἐπιστήμης καὶ μακαριώτατον· ἡ δὲ ἀναγκαία διὰ τὸ σῶμα, καὶ δεομένη τῆς παθητικῆς ὥσπερ ὀργανικῆς ὑπηρεσίας ἐπὶ τὸ πρακτικὸν, οὐκ οὖσα φθορὰ τοῦ ἀλόγου τῆς ψυχῆς οὐδὲ ἀναίρεσις, ἀλλὰ τάξις καὶ διακόσμησις, ἀκρότης μέν ἐστι τῇ δυνάμει καὶ τῇ ποιότητι, τῷ ποσῷ δὲ μεσότης γίνεται, τὸ ὑπερβάλλον ἐξαιροῦσα καὶ τὸ ἐλλεῖπον.

ϛ'. Ἐπεὶ δὲ πολλαχῶς τὸ μέσον· καὶ γὰρ τὸ κεκραμένον, τῶν ἀκράτων μέσον, ὡς λευκοῦ καὶ μέλανος, τὸ φαιόν· καὶ τὸ περιέχον καὶ περιεχόμενον, τοῦ περιεχομένου καὶ περιέχοντος, E
ὡς τῶν δώδεκα καὶ τεττάρων τὰ ὀκτώ· καὶ τὸ μηδετέρου τῶν ἄκρων μετέχον, ὡς ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ τὸ ἀδιάφορον· τούτων μὲν οὐδενὶ τῶν τρόπων ἡ Ἀρετὴ εἴη ἂν μεσότης. Οὔτε γὰρ μίγμα τῶν κακιῶν ἐστιν· οὔτ' ἐμπεριέχουσα τοὔλαττον, ἐμπεριέχεται τῷ πλεονάζοντι τοῦ προσήκοντος· οὔτε

D. 4. δεομένη τῆς παθητικῆς] Sic B. Vulgo, δεομένη διὰ τῆς παθητικῆς.

tia in ſe ipſa perfectionem habens: qua vi ſcientiam conſequimur, rem diviniſſimam atque beatiſſimam. Ea autem virtus quæ propter corpus neceſſaria nobis eſt, ejuſque gratia appetitus tanquam inſtrumenti miniſterio opus habet, non internecio brutæ partis animi, ſed ordinatio ac moderatio, facultate quidem ac qualitatis ſuæ ratione excellentia ipſa quoque eſt: quantitate autem mediocritas fit, quod nimium eſt auferens, et quod deeſt implens.

VI. Jam cum multis modis medium intelligatur: nam et contemperatum inter ſincera eſt medium, ut pullus color inter album et nigrum: et inter continens ac contentum, id quod et continet et continetur, ut octo inter duodecim et quatuor: et quod neutrius extremorum eſt particeps, ut inter bonum et malum ea quæ vocantur indifferentia: nullo horum modo virtus eſt medium. Nam neque mixtum aliquid e vitiis eſt: neque id quod non ſatis eſt continens, ab eo quod nimium eſt continetur: neque

ἀπήλλακται παντάπασι τῶν παθητικῶν ὁρμῶν, ἐν αἷς τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττόν ἐστι. Γίνεται δὲ μεσότης καὶ λέ-

F γεται μάλιστα τῇ περὶ φθόγγους καὶ ἁρμονίας ὁμοίως· ἐκείνη τε γὰρ ἐμμελὴς οὖσα φωνὴ, καθάπερ ἡ νήτη καὶ ὑπάτη, τῆς μὲν τὴν ὀξύτητα, τῆς δὲ τὴν βαρύτητα τὴν ἄγαν διαπέφευγεν· αὐτή τε κίνησις οὖσα καὶ δύναμις περὶ τὸ ἄλογον, τὰς ἐκλύσεις καὶ τὰς ἐπιτάσεις καὶ

445 ὅλως τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἐξαιρεῖ τῆς ὁρμῆς, εἰς τὸ μέτριον καὶ ἀναμάρτητον καθιστᾶσα τῶν παθῶν ἕκαστον. Αὐτίκα τὴν μὲν ἀνδρείαν μεσότητά φασιν εἶναι δειλίας καὶ θρασύτητος, ὧν ἡ μὲν, ἔλλειψις, ἡ δὲ, ὑπερβολὴ τοῦ θυμοειδοῦς ἐστι· τὴν δὲ ἐλευθεριότητα, μικρολογίας καὶ ἀσωτίας· πρᾳότητα δὲ, ἀναλγησίας καὶ ὠμότητος· αὐτήν τε σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην, τὴν μὲν περὶ τὰ συμβόλαια, μήτε πλέον νέμουσαν αὑτῇ τοῦ προσήκοντος, μήτε ἔλαττον, τὴν δὲ εἰς τὸ μέσον

omnino vacat perturbationibus et impetibus concupiſcentiæ, in quibus plus minuſve æquo locum habet. Sed eſt diciturque mediocritas, maxime quomodo in ſonis harmonica ſpectatur. Sicut enim ibi concinna eſt vox quæ meſe (id eſt media) dicitur netes et hypates, (hoc eſt imæ et ſummæ,) illius acumini nimio, hujus gravitati interjecta: ita Virtus, cum ſit motus et facultas circa brutam verſans animæ partem, remiſſiones et intentiones, atque adeo id quod ultra vel citra modum eſt appetitionis auferens, unumquemque animi motum ad mediocritatem rectitudinemque perducit. Jam primum fortitudinem medium faciunt inter timiditatem et audaciam, quarum in hac exſuperat, in illa deficit ea animi vis ob quam animoſi dicimur: ita liberalitatem inter ſordidam parcitatem ac prodigalitatem: manſuetudinem inter indolentiam et ſævitiam: ipſamque adeo temperantiam et juſtitiam, hanc quidem quæ in contractibus neque plus juſto tribuat, neque minus: illam quæ appetitus ſubinde in medium inter ſtuporem animi nullo

ἀπαθείας καὶ ἀναισθησίας καὶ ἀκολασίας ἀεὶ τὰς
ἐπιθυμίας καθιστᾶσαν. Ἐν ᾧ δὴ καὶ μάλιστα δοκεῖ B
τὸ ἄλογον τῆς πρὸς τὸ λογικὸν διαφορᾶς αὐτοῦ παρ-
έχειν κατανόησιν, καὶ δεικνύειν τὸ πάθος, ὡς ἕτερόν τι
κομιδῇ τοῦ λόγου ἐστίν. Οὐ γὰρ ἂν διέφερε σωφροσύνης
ἐγκράτεια, καὶ ἀκολασίας ἀκρασία περὶ τὰς ἡδονὰς καὶ
τὰς ἐπιθυμίας, εἰ ταὐτὸν ἦν τῆς ψυχῆς ὃ ἐπιθυμεῖν ὅ,
τὲ κρίνειν πέφυκε. Νῦν δὲ σωφροσύνη μέν ἐστιν, οὗ τὸ
παθητικὸν ὥσπερ εὐήνιον θρέμμα καὶ πρᾶον ὁ λογισμὸς
ἡνιοχεῖ καὶ μεταχειρίζεται, περὶ τὰς ἐπιθυμίας χρώμε-
νος ὑπείκοντι καὶ δεχομένῳ τῷ λογισμῷ καὶ κρατοῦντι
τὴν ἐπιθυμίαν· ἐγκράτειαν δὲ οὐκ ἀλύπως ἄγει,
οὐδὲ πειθομένην, ἀλλὰ πλαγίαν καὶ ἀντιτείνουσαν, οἷον C
ὑπὸ πληγῆς καὶ χαλινοῦ καταβιαζόμενος καὶ ἀνακρού-

A. 10. ἀπαθείας καὶ ἀναισθησίας] καὶ abeſt in Ald. Baſ. Xyl. B. E. Venet. 1. 3. P. Stephanus aſſumſit ex Jannot. Forte præſtat ἢ cum Xyl. Mez. Sed vel ſic, vitii quid ſubeſſe videtur.

B. 6. ὃ ἐπιθυμεῖν, ὅ, τε κρίνειν] Malim ᾧ ἐπιθυμεῖν, ᾧ τε κρίνειν.

B. 10. ὑπείκοντι—οὐδὲ πειθομένην] Sic B. E. Ven. 3. item Ven. 1. in ſecunda mutationis parte. Vulgo mendoſe, ὑπείκοντι· ἐγκράτεια δέ ἐστι καὶ δεχομένῳ τῷ λογισμῷ καὶ κρατοῦντι τὴν ἐπιθυμίαν· ἄγει δὲ οὐκ ἀλύπως οὐδὲ πειθομένην. Ceterum τῷ λογισμῷ mutandum videtur in τὸν χαλινόν.

ſenſu voluptatum affecti, et luxuriam profuſam dirigit. Atque hac quidem in re quam ultimo loco dixi, maxime ſe præbet ſentiendam differentia quæ inter brutam animi facultatem eſt et rationem, evidenſque fit plane diverſam a ratione eſſe rem perturbationes iſtas affectioneſque animi vagas. Non enim a temperantia diſcerneremus continentiam, et ab intemperantia incontinentiam circa voluptates et cupiditates, ſi eadem eſſet animi vis qua appetimus, et qua judicamus. Nunc, ea dicitur temperantia, ubi concupiſcentem partem veluti placidum et obſequens pecus ratio gubernat atque tractat, ſibi in appetendo parentem et cupiditati imperantem: continentiam autem ducit ratio quidem, non tamen ſine moleſtia, aut ultro obtemperanti: ſed reluctantem et oblique incedentem verbere quaſi et fræno cogit at-

Digitized by Google

ων, ἀγῶνος ὢν ἐν ἑαυτῷ καὶ θορύβου μεστός· οἷον ὁ Πλάτων ἐξεικονίζει περὶ τὰ τῆς ψυχῆς ὑποζύγια, τοῦ χείρονος πρὸς τὸ βέλτιον ζυγομαχοῦντος ἅμα καὶ τὸν ἡνίοχον διαταράττοντος, ἀντέχειν ὀπίσω, καὶ κατατείνειν ὑπὸ σπουδῆς ἀναγκαζόμενον ἀεὶ μὴ βάλῃ φοίνικας ἐκ χειρῶν ἱμάντας, κατὰ Σιμωνίδην. Ὅθεν οὐδὲ Ἀρετὴν αὐτοτελῆ ἀξιοῦσι τὴν ἐγκράτειαν, ἀλλὰ ἔλαττον ἀρετῆς εἶναι· μεσότης γὰρ οὐ γέγονεν ἐκ συμφωνίας τοῦ χείρονος πρὸς τὸ βέλτιον, οὐδὲ ἀνήρηται τοῦ πάθους τὸ ὑπερ-
D βάλλον, οὐδὲ πειθόμενον οὐδὲ ὁμολογοῦν τῷ φρονοῦντι τῆς ψυχῆς τὸ ἐπιθυμοῦν, ἀλλὰ λυποῦν καὶ λυπούμενον καὶ κατειργόμενον ὑπ᾽ ἀνάγκης, ὥσπερ ἐν στάσει δυσμενὲς καὶ πολέμιον συνοικεῖ·

Πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει,
Ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων,

ἡ τοῦ ἐγκρατοῦς ψυχὴ διὰ τὴν ἀνωμαλίαν καὶ τὴν διαφοράν. Κατὰ ταυτὰ δὲ οἴονται καὶ τὴν ἀκρασίαν

que compeſcit, animo certaminum ac turbarum pleno: quod ſimilitudine explicans Plato, jumenta animi ait inter ſe contendere, cum deterius meliori renitatur ſimul et aurigam perturbet, coactum ſumma ope habenas premere et ea inhibere, ne (quod eſt apud Simonidem) *punicea de manibus ei excidant lora*. Itaque etiam continentiam non dignantur perfectæ virtutis nomine, ſed minus aliquid virtute ſtatuunt eſſe: non enim facta eſt mediocritas conſenſu inferioris partis cum præſtantiore, neque amputatum eſt quod erat nimium affectionis, neque paret conſentitve rationi appetitus, ſed moleſtiam afferens viciſſimque moleſtiam percipiens, ac neceſſitate cohibitus veluti in ſeditione, infenſus atque hoſtis intus habitat: denique continentis animus ob inæqualitatem et diſſidium eſt velut urbs illa,

Simul frequens referta quæ ſuffitibus,
Pæanibus ſimulque, gemitibuſque ſit.

Eandem ſecuti rationem incontinentiam quoque minus aliquid vitio eſſe cenſent: perfectum autem vitium intem-

Digitized by Google

ἔλαττόν τι κακίας ἐστὶ, παντελῆ δὲ κακίαν τὴν ἀκολα-
σίαν. Αὕτη μὲν γὰρ ἔχουσα καὶ πάθος φαῦλον καὶ λόγον,
ὑφ' οὗ μὲν ἐξάγεται τῷ ἐπιθυμεῖν πρὸς τὸ αἰσχρὸν,
ὑφ' οὗ δὲ τῷ κακῶς κρίνειν προστιθεμένη ταῖς ἐπιθυμίαις, E
καὶ τὴν αἴσθησιν ἀποβάλλει τῶν ἁμαρτανομένων. Ἡ
δὲ ἀκρασία τῷ μὲν λόγῳ σώζει τὴν κρίσιν ὀρθὴν οὖσαν,
τῷ δὲ πάθει φέρεται παρὰ τὴν κρίσιν ἰσχύοντι τοῦ λό-
γου μᾶλλον· ὅθεν διαφέρει τῆς ἀκολασίας· ὅπου μὲν γὰρ
ἡττᾶται τοῦ πάθους ὁ λογισμὸς, ὅπου δὲ οὐδὲ μάχε-
ται· καὶ ὅπου μὲν ἀντιλέγων ἕπεται ταῖς ἐπιθυμίαις,
ὅπου δὲ ὑφηγεῖται συναγορεύων· καὶ ὅπου μὲν ἡδομένῳ
κοινωνεῖν ὑπάρχει τῶν ἁμαρτανομένων, ὅπου δὲ, ἀχθο-
μένῳ· καὶ ὅπου μὲν ἑκὼν φέρεται πρὸς τὸ αἰσχρὸν, ὅπου F
δὲ προδίδωσιν ἄκων τὸ καλόν· ὡς τοῖς πραττομένοις
ὑπ' αὐτῶν, οὐχ ἧττον δὲ καὶ τοῖς λεγομένοις ἔνεστιν ἡ
διαφορὰ κατάδηλος· ἀκολάστων μὲν γὰρ αἵδε φωναί,

Τίς δὲ χάρις, τί δὲ τερπνὸν ἄνευ χρυσῆς Ἀφροδίτης;
Τεθναίην ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλει.

D. 11. τῷ ἐπιθυμεῖν] Sic E. Venet. 1. P. Vulgo τὸ ἐπιθυμεῖν.

perantiam, in qua et affectus animi pravus eſt, et vitiata ratio: quorum ille appetitum ad turpia ducit, hæc male judicando turpibus cupiditatibus adſentitur, ſenſumque peccati perdit. At vero incontinentia rectum rationis judicium ſervat: ſed perturbationibus contra judicium movetur, majore quam ſit ratio vi præditis: itaque eo differt ab intemperantia, quod incontinentis vincitur ratio a perturbatione, intemperantis, ne pugnat quidem: illa cupiditates ſequitur, interim iis contradicens, hæc eas ducit conſentiens: hæc gaudet ſuis peccatis, illa ægre fert: hæc volens ac ſponte ad turpia fertur, illa invita honeſtatem prodit: ut et in verbis, et in factis manifeſta earum appareant diſcrimina. Intemperantium enim hæ ſunt voces:

Gratia quænam ſit ſine Cypride, quæve voluptas?
Hæc mihi cum curæ non erit, emoriar.

Digitized by Google

καὶ ἕτερος,

> Τὸ φαγεῖν, τὸ πιεῖν, τὸ τῆς Ἀφροδίτης τυγχάνειν.
> Τὰ δ' ἄλλα προσθήκας ἅπαντ' ἐγὼ καλῶ,

446 φησίν, ὥσπερ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς συνεπινεύων ταῖς ἡδοναῖς καὶ ὑποφερόμενος· οὐχ ἧττον δὲ τούτων ὁ εἰπών,

> Ἔα μ' ἀπολέσθαι, τοῦτο γάρ μοι συμφέρει·

τὴν κρίσιν ἔχει τῷ πάθει συννοσοῦσαν. Αἱ δὲ τῆς ἀκρασίας ἕτεραι καὶ διαφέρουσαι,

> Γνώμην ἔχοντά μ' ἡ φύσις βιάζεται·

καὶ,

> Αἶ αἶ, τὸ δὴ θεῖον ἀνθρώποις κακὸν,
> Ὅταν τὶς εἰδῇ τἀγαθὸν, χρῆται δὲ μή·

καὶ,

> Ἕλκει με γὰρ ἤδη θυμὸς οὐδέ τ' ἀντέχει,
> Θινῶδες ὡς ἄγκιστρον ἀγκύρας σάλῳ·

θινῶδες ἄγκιστρον οὐ φαύλως λέγων, τὸ μὴ κάτοχον τοῦ λογισμοῦ μηδὲ ἀραρὸς, ἀλλὰ μανότητι τῆς ψυχῆς καὶ μαλακίᾳ προϊέμενον τὴν κρίσιν· οὐ πόῤῥω δὲ τῆς εἰκόνος
B ταύτης κἀκεῖνα εἴρηται,

A. 8. τὸ δὴ θεῖον] Legendum τόδ' ἤδη θεῖον. Valckenar. Diatrib. in Eurip. Fragm. p. 23. Mox Ἕλκει με, Leonic. Schott. Jannot. Anon. Mez. Vulgo Ἕλκει μέν.

Item,

> *Veſci cibis, potareque, et Venere frui:*
> *Namque additamenta omnia ſunt mihi cætera.*

quippe hominis toto animo ad voluptates vergentis atque prolabentis: neque minus ille etiam, qui dicit,

> *Sine me perire, namque id eſt in rem meam:*

tam judicio male affecto, quam vitioſa perturbatione. Alia ſunt incontinentium dicta:

> *At enim mihi natura, ſentienti recte, vim facit.*

et alius:

> *Eheu, divinitus hoc malum mortalibus*
> *Accidit, bonum ut videns, non utaris tamen:*

et alius:

> *Impellit ira: nec porro reſiſtere*
> *Litoreus ut uncus anchoræ queo fluctibus:*

hamum anchoræ litoreum non inepte appellans rationem non pervicacem, neque conſtantem, ſed quæ ob vanitatem animi ac mollitiem judicium deſerit: neque ab hac ſimilitudine abludit iſthuc,

Ναῦς ὥς τις ἐκ μὲν γῆς ἀνήρτηται βρόχοις,
Πνεῖ δ' οὖρος, ἡμῖν δ' οὐ κρατεῖ τὰ πείσματα·

πείσματα γὰρ λέγει τὰς ἀντεχούσας κρίσεις πρὸς τὸ αἰσχρὸν, εἶτα ὥσπερ ὑπὸ πνεύματος πολλοῦ ῥηγνυμένας τοῦ πάθους. Τῷ γὰρ ὄντι πλησίστιος μὲν ἐπὶ τὰς ἡδονὰς ὁ ἀκόλαστος ὑπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν φέρεται, καὶ δίδωσιν ἑαυτὸν καὶ συγκατευθύνει· πλάγιος δὲ ὁ ἀκρατὴς, οἷον ἐξαναφέρειν γλιχόμενος καὶ διωθεῖσθαι τὸ πάθος, ὑποσύρει καὶ περιπίπτει περὶ τὸ αἰσχρὸν ὡς Ἀνάξαρχον ἐσίλλαινε Τίμων,

Ἐν δὲ τὸ θαρσαλέον τε καὶ ἐμμανὲς ὅππη ὀρῶσαι
Φαίνετ' Ἀναξάρχου κύνεον μένος· ὅ ῥα καὶ εἰδὼς, C
Ὡς φάσαν, ἄθλιος ἔσκε, φύσις δέ μιν ἔμπαλιν ἦγεν
Ἡδονοπλὴξ, ἣν πλεῖστοι ὑποτρείουσι σοφιστῶν.

οὔτε γὰρ ὁ σοφὸς, ἐγκρατὴς, ἀλλὰ σώφρων· οὔτε ὁ ἀμαθὴς, ἀκρατὴς, ἀλλὰ ἀκόλαστος· ὁ μὲν γὰρ ἥδεται ταῖς

B. 2. ὥς τις—ἀνήρτηται—οὐ κρατεῖ] Primum ſumſi ex Ald. Baſ. Xyl. P: ſecundum ex B. E. T. V. Leonic. Schott. Anon. Mez. tertium ex T. V. Mez. Vulgo, ὅστις—ἀνήρπαται—εὖ κρατεῖ.
B. 10. ὑποσύρει] Anon. ὑπεσύρη. Mez. ὑπεισρεῖ.
C. 4. ὁ σοφὸς, ἐγκρατὴς] Sic F. Venet. 3. margo B. P. Vulgo ὁ σοφὸς ἀκρατής.

Nam noſtra navis a terra rudentibus
Suſpenſa perſtat : ſpirat aura, ſed tamen
Hæremus noſtris firmiter retinaculis.

retinacula vocat judicium turpitudini repugnans: quæ aliquando a perturbatione, tanquam valido vento, rumpuntur. Revera enim plenis cupiditatum velis ad voluptates incitatur intemperans, deditque ſeipſum eo et dirigit: incontinens oblique, dum eniti conatur adverſus motum vitioſum, ſublabitur et in turpitudinem decidit: quo modo Anaxarchum in Sillis traducit Timo,

Hic et Anaxarchi vis illa canina videtur,
Se quocunque dediſſet, eo pertendere ſueta.
Is tamen, ut perhibent, miſere prudenſque ſcienſque
Vixit: namque voluptates amplexus ſtupenſque
Natura (haud paucis ea formidata ſophiſtis)
Retrorſum ad vitium recto de tramite agebat.

Nam neque ſapiens qui ſit, continens eſt, ſed temperans: neque ſtultus incontinens eſt, ſed intemperans: et alter ho-

Digitized by Google

καλοῖς, ὁ δὲ οὐκ ἄχθεται τοῖς αἰσχροῖς. Σοφιστικῆς οὖν ψυχῆς ἡ ἀκρασία, λόγον ἐχούσης οἷς ἔγνωκεν ὀρθῶς ἐμμένειν μὴ δυνάμενον.

ζ. Ἡ μὲν οὖν ἀκρασία ταύτας ἔχει διαφορὰς πρὸς τὴν ἀκολασίαν, ἡ δὲ ἐγκράτεια πρὸς τὴν σωφροσύνην αὖθις αὖ τὰς ἀντιστρόφους ἀναλόγως· τὸ γὰρ δάκνον καὶ τὸ λυποῦν καὶ τὸ ἀγανακτοῦν, οὔπω τὴν ἐγ-
D κράτειαν ἀπολέλοιπε· τῆς δὲ σώφρονος ψυχῆς τὸ πανταχόθεν ὁμαλὲς καὶ ἄσφυκτον καὶ ὑγιαῖνον ᾧ συνήρμοσται καὶ συγκέκραται τὸ ἄλογον πρὸς τὸν λογισμὸν εὐπειθείᾳ καὶ πρᾳότητι θαυμαστῇ κεκοσμημένον, εἴποις ἂν ἐπιβλέψας,

Δὴ τότ' ἔπειτ' ἄνεμος μὲν ἐπαύσατο, ἡ δὲ γαλήνη
Ἔπλετο νηνεμίη, κοίμισσε δὲ κύματα δαίμων·

τὰ σφοδρὰ καὶ περιμανῆ καὶ οἰστρώδη κινήματα τῶν ἐπιθυμιῶν τοῦ λόγου κατασβέσαντος, ὧν δὲ ἡ φύσις

D. 2. ἄσφυκτον] Ita B. Venet. 1. T. V. P. Cod. Xyl. Vulgo, ἄφυκτον.
D. 7. κοίμισσε] Sic E. κοίμισε Ald. Baſ. Xyl. Ven. 1. Vulgo κοίμησε.

neſtis delectatur, alteri turpia non ſunt moleſta. Eſt itaque incontinentia animæ ſophiſticæ, tali ratione præditæ quæ in recte decretis perſtare non poſſit.

VII. Expoſuimus incontinentiæ et intemperantiæ diſcrimen. At continentia a temperantia differt rationibus proportione jam dictis et ab altera parte reſpondentibus. Morſus enim animi, et moleſtia, et indignatio nondum deſerit continentiam. At ſi temperantis animo undiquaque æquabili quietem et ſanitatem, qua bruta pars devincitur rationi ac contemperatur, mirabili exornata obedientia ac tranquillitate, intueri poſſes: utique diceres,

Tum venti poſuere, quies tranquilla per alta
Incubuit late, ſopivit cærula numen:

ita vehementes, furioſos, rabidoſque motus ratio exſtinxit, quæ vero a natura neceſſario requiruntur, hæc conſentien-

Digitized by Google

ἀναγκαίως δεῖται, ταῦτα ὁμοιοπαθῆ καὶ ὑπήκοα καὶ φίλα καὶ συνεργὰ πεποιημένου ταῖς πρακτικαῖς προαιρέσεσιν· ὥστε μὴ προεκθεῖν τοῦ λογισμοῦ, μηδὲ ὑπενδιδόναι, μηδὲ ἀτακτεῖν, μηδὲ ἀπειθεῖν, ἀλλὰ πᾶσαν ὁρ- E
μὴν εὐάγωγον οὖσαν,

> Ἄθηλον ἵππῳ πῶλον ὡς ἅμα τρέχειν,

ἐπιβεβαιοῦσαν τὸν Ξενοκράτους λόγον, ὃν ἐκεῖνος εἶπε περὶ τῶν ἀληθῶς φιλοσοφούντων, Ὅτι μόνοι ποιοῦσιν ἑκουσίως ἃ ποιοῦσιν ἄκοντες οἱ λοιποὶ, διὰ τὸν νόμον, ὥσπερ ὑπὸ πληγῆς κύνες, ἢ γαλεοὶ ψόφῳ, τῶν ἡδονῶν ἀποτρεπόμενοι, καὶ πρὸς τὸ δεινὸν ἀποβλέποντες. Ὅτι μὲν οὖν γίνεταί τις ἐν τῇ ψυχῇ τοιαύτης στερρότητος αἴσθησις F
καὶ διαφορὰ περὶ τὰς ἐπιθυμίας, ὡς τινος μαχομένου καὶ τἀναντία λέγοντος αὐταῖς, οὐκ ἄδηλόν ἐστιν. Ἔνιοι δὲ φασιν οὐχ ἕτερον εἶναι τοῦ λόγου τὸ πάθος, οὐδὲ δυοῖν διαφορὰν καὶ στάσιν, ἀλλὰ ἑνὸς λόγου τροπὴν ἐπ᾽ ἀμφότερα,

E. 7. κύνες, ἢ γαλεοὶ] Sumſi a Mez. Vulgo κυνὸς ἢ γαλεοῦ. Illud et Reiſk. vidit.
F. 1. στερρότητος] Legendum ἑτερότητος.
F. 3. Ἔνιοι] Corrigendum videtur Ἐκεῖνοι, id eſt, Stoici.

tia, parentia, amica, et operam navantia redegit conſiliis propoſitiſque ad agendum ſuſceptis: ita ut nunquam rationem præcurrant, nunquam eam deſerant, nunquam inordinate ſe gerant, nunquam imperium detrectent: ita ut omnis appetitio dicto rationis audiens, eam ſubſequatur,

> *Lactens equum propter ceu pullus curſitat.*

Atque hoc pacto Xenocratis illud confirmatur dictum, qui pronunciavit de vere philoſophantibus, Solos eos ultro facere ea quæ legibus coacti alii faciunt, tanquam canis morſu aut felis metu a voluptatibus deterriti, et ad periculum reſpicientes. Obſcurum vero non eſt, in animo hujuſmodi roboris et adverſus cupiditates quaſi concertationis atque contradictionis ſenſum percipi. Non deſunt tamen qui rationem, et eam quæ perturbationibus cietur partem negent eſſe res diverſas: neque in animo duarum facul-

447 λανθάνουσαν ἡμᾶς ὀξύτητι καὶ τάχει μεταβολῆς· οὐ συνορῶντας ὅτι ταὐτόν ἐστι τῆς ψυχῆς ὃ πέφυκεν ἐπιθυμεῖν καὶ μετανοεῖν, ὀργίζεσθαι καὶ δεδιέναι, φέρεσθαι πρὸς τὸ αἰσχρὸν ὑφ' ἡδονῆς, καὶ φερομένης πάλιν αὐτῆς ἐπιλαμβάνεσθαι· καὶ γὰρ ἐπιθυμίαν καὶ ὀργὴν καὶ φόβον καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα, δόξας εἶναι καὶ κρίσεις πονηράς, οὐ περὶ ἕν τι γινομένας τῆς ψυχῆς μέρος, ἀλλὰ ὅλου τοῦ ἡγεμονικοῦ ῥοπὰς καὶ εἴξεις καὶ συγκαταθέσεις καὶ ὁρμάς, καὶ ὅλως ἐνεργείας τινὰς οὔσας ἐν ὀλίγῳ μεταπτωτάς, ὥσπερ αἱ τῶν παίδων ἐπιδρομαὶ τὸ ῥαγδαῖον καὶ τὸ σφοδρὸν ἐπισφαλὲς ὑπὸ ἀσθενείας καὶ ἀβέβαιον ἔχουσι. Ταῦτα δὲ πρῶτον μὲν παρὰ τὴν ἐνάργειάν ἐστι καὶ
B τὴν αἴσθησιν· οὐδεὶς γὰρ ἐν ἑαυτῷ τοῦ ἐπιθυμοῦντος αἰσθάνεται μεταβολὴν εἰς τὸ κρῖνον, οὐδὲ τοῦ κρίνοντος αὖ πάλιν εἰς τὸ ἐπιθυμοῦν· οὐδὲ παύεται μὲν ἐρῶν ὁπότε

A. 1. συνορῶντας] Sic Jannot. Amiot. Xyl. Reiſk. Vulgo συνορῶντες.
A. 2. ὃ πέφυκεν] Malim ᾧ πέφυκεν, ut E.
A. 12. ἐνάργειάν] Sic E. Venet. 2. T. P. Xyl. Vulgo, ἐνέργειαν.

tatum exſiſtere ſeditionem aut diſcordiam, ſed unius ejuſdemque rationis converſionem in utramque partem, quæ nos mutationis celeritate fallat: non animadvertentes eandem animi facultatem a natura factam eſſe ad concupiſcendum, iraſcendum et metuendum, voluptatis cauſa ad turpitudinem inclinandum, et rurſus iſtam incitationem inhibendum: nam et cupiditatem, et metum, et quæ id genus reliqua ſunt omnia, opiniones eſſe et ſententias pravas, non in una aliqua animæ parte obortas, ſed motus ac momenta totius principis animæ partis, aſſenſiones, atque impetus, denique actus quoſdam qui facillime alio recidant, ſicut puerorum impetus vehementiam imbecillitatis cauſa lubricam habent et inconſtantem. Horum ſententia primum evidentiæ ſenſuique non congruit. Nemo enim unquam ſenſit cupiditatem ſuam in judicium, aut judicium in cupiditatem commutari: neque deſinit amare is qui judicat reprimen-

λογίζεσθαι καθεκτέον εἶναι τὸν ἔρωτα, καὶ διαμαχητέον πρὸς αὐτόν, ἐξίστασθαι δὲ πάλιν τοῦ λογίζεσθαι καὶ κρίνειν ὅταν ἐνδιδῷ μαλασσόμενος ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας· ἀλλὰ καὶ τῷ λόγῳ πρὸς τὸ πάθος ἀντιβαίνων, ἐν τῷ πάθει ἐστὶν ἔτι, καὶ πάλιν κρατούμενος ὑπὸ τοῦ πάθους, διορᾷ τῷ λογισμῷ τὸ ἁμαρτανόμενον· καὶ οὔτε τῷ πάθει τὸν λόγον ἀνήρηκεν, οὔτε τῷ λογίζεσθαι τοῦ πάθους ἀπήλλακται, φερόμενος δὲ ἑκατέρωσε, μέσος ἀμφοῖν καὶ κοινός ἐστιν. C Οἱ δὲ νῦν μὲν ἐπιθυμίαν γίνεσθαι τὸ ἡγεμονικόν, νῦν δὲ τὸν ἀντιτατόμενον τῇ ἐπιθυμίᾳ λογισμὸν ὑπολαμβάνοντες, οὐδὲν ἀπέχουσι τῶν μὴ δύο τὸν κυνηγὸν εἶναι καὶ τὸ θηρίον ὑπολαμβανόντων, ἀλλὰ ταὐτὸ σῶμα χρώμενον μεταβολῇ, νῦν μὲν εἶναι θηρίον, νῦν δὲ γίνεσθαι κυνηγόν. Ἐκεῖνοί τε γὰρ ἐμφανές τι παρορῶσιν, οὗτοί τε πρὸς τὴν αἴσθησιν ἀντιμαρτυροῦσιν, οὐχ ἑνός τινος μεταβολῆς, ἀλλὰ δυεῖν ἅμα, μάχης καὶ διαφορᾶς, ἐν ἑαυτοῖς αἰσθανόμενοι. Τί οὖν; φασίν, οὐ καὶ τὸ βουλόμενον τοῦ ἀνθρώπου πολλάκις

dum eſſe amorem, eique reluctandum: aut a ratiocinando et judicando tunc deſiſtit cum victus mollitie cupiditati herbam porrigit. Sed et tunc cum ratione affectui it obviam, perturbatio ipſum tentat: et rurſum ab hac ſuperatus, ratione peccatum diſpicit: et neque perturbationibus obnoxiam partem abolet, neque ratiocinando ab ea liberatur: ſed in utramque partem agitatus, medius communiſque amborum eſt. Qui autem modo principem partem in cupiditatem, modo cupiditatem in rationem converti opinantur: perinde faciunt, ac ſi venatorem et feram non duo, ſed unum putarent eſſe corpus, quod ſui mutatione jam venator, mox fera fieret. Nam et hic in re manifeſta cæcutirent, et iſthic contra ſenſum ferunt teſtimonium, cum non unius alicujus mutationem, ſed diſſidium ac pugnam in ſeipſis ſentiant. Objiciunt, Ipſam etiam noſtri animi eam vim

Digitized by Google

D διχοφορεῖ, καὶ πρὸς ἐναντίας ἀνθέλκεται δόξας, περὶ τοῦ συμφέροντος, ἀλλὰ ἕν ἐστι; Πάνυ μὲν οὖν, φήσομεν· ἀλλὰ τὸ συμβαῖνον οὐχ ὅμοιον· οὐ γὰρ μάχεται πρὸς ἑαυτὸ τῆς ψυχῆς τὸ φρονοῦν, ἀλλὰ μιᾷ χρώμενον δυνάμει διαφόρων ἐφάπτεται λογισμῶν, μᾶλλον δὲ εἷς λογισμός ἐστιν ἐν πράγμασι γινόμενος ἑτέροις, ὥσπερ ὕλαις διαφερούσαις. Ὅθεν οὔτε λύπη τοῖς ἄνευ πάθους λογισμοῖς ἔνεστιν οὔτε ὥσπερ ἐκβιαζόμενοι παρὰ γνώμην αἱροῦνται θάτερον, ἂν μὴ νὴ Δία λανθάνῃ πάθος τι προσηρτημένον ὥσπερ ἐπὶ ζυγοῦ. Καὶ γὰρ τοῦτο συμβαίνει
E πολλάκις οὐ λογισμοῦ τινος πρὸς λογισμόν, ἀλλὰ φιλοτιμίας ἢ φιλονεικίας ἢ χάριτος ἢ ζηλοτυπίας ἢ δέους ἀντιβαίνοντος, οἴεσθαι διὰ λόγων εἶναι δυεῖν διαφοράν· ὥσπερ ἐν τούτοις,

Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι·

καὶ,

E. 3. διὰ λόγων] Forte, δὴ λόγων. Anon. habet τινα.

quæ conſultat, ſæpenumero in diverſas trahi ſententias de eo quod expediat, et momenta opinandi in utramque facere partem: cum quidem et ipſa ſit unica. Fatemur ſane: ſed ſimilitudo non congruit. Non enim ratio ſibi ipſi repugnat, ſed una eademque utens facultate diverſas tractat cogitationes: immo, una eſt ratio, diverſis in rebus tanquam materiis occupata. Itaque neque dolor ratiocinationibus quæ ſine affectu inſtituuntur ullus comitatur, neque tanquam vi compulſi contra animi ſententiam deflectimus in alteram partem; niſi ſicubi, tanquam in trutina, in altera lance affectio aliqua adverſus rationem appenſa examinetur. Hoc enim ſæpenumero contingit ut rationi non ratio, ſed ambitio, vel contendendi, gratiæ, obtrectationiſve ſtudium aut metus aliquis adverſetur, ac tum duæ ſibi invicem repugnare videantur rationes: cujus generis iſta ſunt,

Turpe recuſatu hoc fuit illis: et metuebant
Accipere oblatam interea quoque conditionem.

Item,

Τὸ μὲν σφαγῆναι δεινὸν, εὔκλειαν δ' ἔχει·
Τὸ μὴ θανεῖν δὲ, δειλὸν, ἡδονὴ δ' ἔνι.

Καὶ περὶ τὰς κρίσεις δὲ τῶν συμβολαίων ὑποτρέχοντα τὰ πάθη τὴν πλείστην ἐμποιεῖ διατριβήν· καὶ περὶ τὰ συμβούλια τῶν βασιλέων οἱ πρὸς χάριν λέγοντες οὐ δυεῖν κρίσεων τῇ ἑτέρᾳ συναγορεύουσιν, ἀλλὰ πάθει τινὶ F προστίθενται παρὰ τὸν τοῦ συμφέροντος λογισμόν· διὸ τοὺς ῥήτορας ἐν ταῖς ἀριστοκρατίαις οἱ ἄρχοντες οὐκ ἐῶσι παθαίνεσθαι. Ῥέπει γὰρ εὐθεῖαν ῥοπὴν ὁ ἀπαθὴς λογισμὸς ἐπὶ τὸ δίκαιον· ἂν δὲ πάθος ἐγγένηται, μάχην ποιεῖ καὶ διαφορὰν τὸ ἡδόμενον καὶ τὸ ἀλγοῦν πρὸς τὸ κρῖνον καὶ τὸ βουλευόμενον. Ἐπεὶ διὰ τί τοῖς ἐν φιλοσοφίᾳ σκέμμασιν οὐ πρόσεστι τὸ μετὰ λύπης ὑπὸ τῶν ἑτέρων ἄγεσθαι καὶ μετατίθεσθαι πολλάκις, ἀλλ' αὐτός τε Ἀρισ- 448
τοτέλης, Δημόκριτός τε καὶ Χρύσιππος ἔνια τῶν πρόσθεν αὐτοῖς ἀρεσκόντων ἀθορύβως καὶ ἀδήκτως καὶ μεθ' ἡδονῆς ἀφεῖσαν; ὅτι τῷ θεωρητικῷ καὶ μαθηματικῷ τῆς

Miſerum trucidari eſt, ſed junctum gloriæ:
Subterfugere mortem timidi eſt, ſuave eſt tamen.

Sed et in diſceptandis contractibus animo motum adferentes affectus, plurimum injiciunt moræ. Et qui regibus conſulentes gratiam captant, non de duabus ſententiis alteri patrocinantur, ſed affectui alicui ſe accommodant contra utilitatis rationem: itaque optimatibus rempublicam adminiſtrantibus, non permittitur oratoribus ut in animis motus excitent. Quippe recto momento vacua perturbationis ratio ad juſtum inclinat, perturbatione oborta, pugna ac diſſidium inter partem voluptatis aut doloris capacem, et inter conſultantem judicantemque exſiſtit. Nam alias qui fit ut in philoſophiæ commentationibus abſque ullo dolore nos ab aliis patiamur duci, et a ſententia diſcedamus noſtra? ſicut cum ipſe Ariſtoteles, tum Democritus et Chryſippus nonnulla prius ſibi probata decreta, abſque tumultu doloreque et quidem libenter dimiſerunt? nimirum quia parti animi quæ in con-

Digitized by Google

ψυχῆς, πάθος οὐδὲν ἀνθίσταται, ἀλλ' ἀτρεμεῖ καὶ οὐ πολυπραγμονεῖ τὸ ἄλογον ἐν τούτοις· διὸ πρὸς τὸ ἀληθὲς ὁ λογισμὸς, ὅταν φανῇ, προϊέμενος τὸ ψεῦδος, ἀσμένως ἀπέκλινεν· ἐν αὐτῷ γάρ ἐστιν, οὐκ ἐν ἑτέρῳ τὸ πειθόμενον καὶ μεταπειθόμενον. Αἱ δὲ πραγματικαὶ βουλαὶ καὶ κρίσεις καὶ δίαιται τῶν πολλῶν ἐμπαθεῖς οὖσαι, δυσοδίαν τῷ λόγῳ παρέχουσι καὶ δυσκολίαν, ἐνισταμένῳ
B καὶ παραττομένῳ περὶ τὸ ἄλογον, ἀνταῖρον αὐτῷ μεθ' ἡδονῆς τινος, ἢ δέους, ἢ λύπης, ἢ ἐπιθυμίας. Καὶ τούτων κριτήριον ἡ αἴσθησίς ἐστιν ἀμφοτέρων ἐφαπτομένη· καὶ γὰρ ἂν περιγένηται θάτερον, οὐκ ἀνήρηκε θάτερον, ἀλλ' ἐφέλκεται καταβιαζόμενον καὶ ἀντιτεῖνον. Ὁ γὰρ νουθετῶν αὑτὸν ἐρῶντα, χρῆται τῷ λογισμῷ πρὸς τὸ πάθος, ὡς ἀμφοτέρων ἐνόντων ἅμα τῇ ψυχῇ, καθάπερ χειρὶ, φλεγμαῖνον ἕτερον μέρος πιέζων, καὶ δυεῖν ὄντων καὶ διαφερόντων ἐπαισθανόμενος. Ἐν μέντοι ταῖς ἀπαθέσι βουλαῖς καὶ

templando ac ſcientiis tractandis verſatur, nullus obnititur affectus: atque in hoc genere ſeſe continet, neque curioſius ſe effert bruta facultas: quo fit, ut ratio verum conſpiciens, ad id omiſſo falſo perquam libenter ſe conferat: eo quod in ſe ipſa vim eam habet quæ et aſſentiri et ſententiam mutare facit. At quæ actionum gratia ſuſcipiuntur conſultationes, et judicia, et arbitria, quia perturbationes his admiſcentur, rationi quandam adferunt diſcrepantiam atque difficultatem: cui rationi nimirum in tali re obſtat atque obturbat bruta pars, voluptatem ei aliquam objiciens, aut metum, aut dolorem, aut cupiditatem. Judicium hac in diſputatione eſt penes ſenſum, qui utramque attingit partem: altera enim vincens, alteram non perimit, ſed aſſectatur vim moliens et renitens. Scilicet qui ſeipſum amore captum caſtigat, is ita ratione adverſus affectum utitur, ut utrumque in animo habens inſitum, duo inter ſe pugnare ſentiens, et eorum alterum tanquam inflammatione exagitatum injecta manu comprimens. Contra in illis deliberationibus,

σκέμμασιν, οἵας ἔχει μάλιστα τὸ θεωρητικὸν, ἂν μὲν ἴσαι C
μένωσιν, οὐ γέγονε κρίσις, ἀλλ' ἀπορία, στάσις οὖσα καὶ μονὴ διανοίας ἀπὸ ἐναντίων παθῶν· ἂν δὲ ῥοπὴ γένηται πρὸς θάτερον, ἡ κρατήσασα τὴν ἑτέραν λέλυκεν, ὥστε μὴ λυπεῖν μηδὲ ἀπεναντιοῦσθαι πρὸς τὴν δόξαν. Ὅλως δὲ λογισμοῦ μὲν ἀντιπαλαίεσθαι λογισμῷ δοκοῦντος, οὐ γίνεται δυεῖν καὶ ἑτέρων αἴσθησις, ἀλλ' ἑνός τινος ἐν διαφόροις γινομένου φαντασίαις· ὅταν δὲ τὸ ἄλογον μάχηται τῷ λογισμῷ, μήτε κρατεῖν ἀλύπως μήτε κρατεῖσθαι πεφυκὸς, εὐθὺς ὡς δύο διΐστησι τῇ μάχῃ τὴν D
ψυχὴν, καὶ ποιεῖ τὴν διαφορὰν πρόδηλον.

η΄. Οὐ μόνον τοίνυν ἀπὸ τῆς μάχης, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἀπὸ τῆς ἀκολουθίας κατίδοι τις ἂν τὴν παθητικὴν ἀρχὴν τῆς λογικῆς οὖσαν ἑτέραν. Ἐπεὶ γὰρ ἔστι μὲν

C. 3. *μονὴ—ἐναντίων παθῶν*] Prius habet Baſ. Xyl. pro vulgato *μόνη*. Alterum cum Anon. et varia lectione Editionis Gr. Lat. ad calcem, mutem in *ἐναντίων πιθανῶν*, vel *ἐναντίων λόγων*.

ad quas motus brutæ partis iſti non pertingunt, et quales omnino ſunt contemplatricis philoſophiæ: ubi æqualia in utramque partem ſentiendi ſunt momenta, ibi non judicium interponitur, ſed dubitatio relinquitur, quaſi inſtitio quædam cogitationis adverſus utramque partem affectæ: quod ſi in alteram partem aliquid decernatur, ſuperior inferiorem jam ſuſtulerit, ita ut ſententiæ conceptæ nihil adverſetur, neque moleſta porro ſit. Ut autem univerſe dicam, quoties ratio rationi videtur opponi, ſenſus non duarum diverſarum rerum repugnantiam arguit, ſed unius cujuſdam in diverſis viſis quod verſetur examinandis. Quando autem bruta pars contra rationem contendit, ubi ita natura comparatum eſt ut neque vincere, neque vinci citra moleſtiam poſſit, ſtatim animus quaſi in duas partes dirimitur, et manifeſta fit diſcordia.

VIII. Cæterum non tantum e pugna, ſed et ab iis quæ ſubſequuntur non minus expeditum eſt videre principium affectuum aliud eſſe a ratione. Cum enim fieri

Digitized by Google

ἐρᾷν εὐφυοῦς πρὸς ἀρετὴν καὶ γενναίου παιδὸς, ἔστι δὲ φαύλου καὶ ἀκολάστου, συμβαίνει δὲ θυμῷ χρῆσθαι μὲν ἀλόγως πρὸς παῖδας αὐτοῦ καὶ γονεῖς, χρῆσθαι δὲ ὑπὲρ γονέων καὶ παίδων δικαίως πρὸς πολεμίους καὶ τυράννους· ὥσπερ ἐκεῖ μάχης καὶ διαφορᾶς τοῦ πάθους πρὸς τὸν λογισμὸν αἴσθησίς ἐστιν, οὕτως ἐνταῦθα πειθοῦς καὶ ἀκολουθίας, οἷον ἐπιῤῥέοντος καὶ συνεπιδιδόντος.
E Ἐπεὶ τοίνυν καὶ γυναῖκα γήμας κατὰ νόμους ἀνὴρ ἐπιεικὴς διανοεῖται περιέπειν καὶ συνεῖναι δικαίως καὶ σωφρόνως, χρόνῳ δὲ τῆς συνηθείας ἐντεκούσης πάθος αἰσθάνεται τῷ λογισμῷ τὸ φιλεῖν καὶ τὸ ἀγαπᾷν ἐπιτεινόμενον· ὥσπερ αὖ καὶ νέοι διδασκάλοις ἐντυχόντες ἀστείοις, ἀπὸ χρείας τὸ πρῶτον ἕπονται καὶ ζηλοῦσιν, ὕστερον δὲ καὶ φιλοῦσιν, ἀντὶ γνωρίμων καὶ μαθητῶν ἐρασταὶ καλούμενοι καὶ ὄντες· τὸ

E. 1. ἐπιῤῥέοντος καὶ συνεπιδιδόντος] Prius putem mutandum in ἐπιῤῥέποντος vel ἐπιτρέποντος: poſterius, librarii vitio ut videtur, in συνεπιδόντος abiit in tribus Editionibus Gr. Latinis.

E. 1. Ἐπεὶ τοίνυν] Potius requiritur Ἔτι τοίνυν, quod recte monuit Reiſkius.

E. 4. ἐντεκούσης—ἐπιτεινόμενον] Aſſentior Meziriaco conjicienti, ἐντηκούσης—ἐπιγινόμενον: ultimum hoc magis etiam requiro, quam anterius.

Γαλάτης ἢ Βιθυνὸς, οὐκ ἀγαπῶν εἴ τινος μερίδος ἢ δόξαν ἢ δύναμιν ἐν τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις εἴληχεν, ἀλλὰ κλαίων ὅτι μὴ φορεῖ πατρικίους· ἐὰν δὲ καὶ φορῇ, ὅτι μηδέπω στρατηγεῖ Ῥωμαίων· ἐὰν δὲ καὶ στρατηγῇ, ὅτι μὴ ὑπατεύει· καὶ ὑπατεύων, ὅτι μὴ πρῶτος ἀλλ' D ὕστερος ἀνηγορεύθη. Τοῦτο τί δ' ἐστί; τί ἄλλο, ἢ συλλέγοντα προφάσεις ἀχαριστίας ἐπὶ τὴν τύχην, αὐτὸν ὑφ' αὑτοῦ κολάζεσθαι καὶ διδόναι δίκην; Ἀλλ' ὅγε νοῦν ἔχων σωτήρια φρονοῦντα τοῦ ἡλίου μυριάδας ἀνθρώπων ἀπείρους ἐφορῶντος,

Εὐρυόδους γ' ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα χθονὸς,

οὐκ εἴ τινων ἧττον ἔνδοξός ἐστι καὶ πλούσιος, ὀδυρόμενος κάθηται καὶ ταπεινούμενος, ἀλλ' ὅτι μυρίων μυριάκις ἐν τοσούτοις εὐσχημονέστερον ζῇ καὶ βέλτιον, ὑμνῶν τὸν ἑαυτοῦ δαίμονα καὶ τὸν βίον, ἐν ὁδῷ πρόεισιν. Ἐν Ὀλυμπίᾳ μὲν γὰρ οὐκ ἔστι νικᾶν ἐκλεγόμενον ἀντιπάλους· ἐν τῷ

C. 9. φορῇ,—στρατηγῇ] Sic D. Vulgo, φορῶν—στρατηγῶν.

lata, vel Bithynus, non contentus ſe aliquo inter ſuos cives loco, in honore et cum potentia eſſe, plorat ſe non geſtare veſtem patriciam: et ſi ferat, quod non ſit prætor Romanorum : et hoc adeptus, quod non conſul: et conſul, quod non prior, ſed poſterior fuerit renunciatus. Hoc autem quid eſt aliud, quam occaſiones ingrato animo fortunam accuſandi conquirentem, a ſeipſo ſumere ſupplicium? At qui ſana mente præditus ſalubriter ſapit, is Sole infinita millia hominum intuente,

Amplæ quicunque fruuntur terræ frugibus,

non ſi quem de his gloria ſibi et opibus præſtare videt, ideo deplorans ſortem ſuam abjecto animo ſedet, ſed in publicum procedit, fortunam ſuam et vitam prædicans, quæ ſibi in tanta multitudine aliis beatior obtigit. In Olympiaco quidem certamine non ita permittêre vincere, ut ipſe tibi quicum certes deligas. At

Digitized by Google

E βίῳ δὲ τὰ πράγματα δίδωσι περιόντα πολλῶν μέγα φρονεῖν, καὶ ζηλωτὸν μᾶλλον εἶναι ἢ ζηλοῦν ἑτέρους· ἄν γε δὴ μὴ τοῦ Βριάρεω μηδὲ τοῦ Ἡρακλέους ποιήσῃς σεαυτὸν ἀνταγωνιστήν. Ὅταν οὖν πάνυ θαυμάσῃς ὡς κρείττονα τὸν ἐν τῷ φορείῳ κομιζόμενον, ὑποκύψας θέασαι καὶ τοὺς βαστάζοντας· καὶ ὅταν διαβαίνοντα τὴν σχεδίαν μακαρίσῃς τὸν Ξέρξην ἐκεῖνον, ὡς ὁ Ἑλλησπόντιος, ἴδε καὶ τοὺς ὑπὸ μάστιξι διορύττοντας τὸν Ἄθω, καὶ τοὺς περικοπτομένους ὦτα καὶ ῥῖνας ἐπὶ τῷ διαλυθῆναι τὴν γέφυραν ὑπὸ τοῦ κλύδωνος· ἅμα καὶ τὴν ἐκείνων
F ἀποθεωρῶν διάνοιαν, ὅτι τὸν σὸν βίον καὶ τὰ σὰ πράγματα μακαρίζουσιν. Ὁ Σωκράτης ἀκούσας τινὸς τῶν φίλων λέγοντος ὡς πολυτελὴς ἡ πόλις· μνᾶς ὁ Χῖος οἶνος· ἡ πορφύρα, τριῶν μνῶν· τοῦ μέλιτος ἡ κοτύλη, πέντε δραχμῶν· λαβὼν αὐτὸν προσήγαγε τοῖς ἀλφίτοις, Ὀβολοῦ τὸ ἡμίεκτον, εὐτελὴς ἡ πόλις· εἶτα ταῖς ἐλαίαις, δυοῖν χαλκοῖν ἡ χοῖνιξ, εὐτελὴς ἡ πόλις· εἶτα

in vita licet, ac res humanæ concedunt ut cum multis præſtes felicitate, magno ſis animo aliiſque potius æmulandus, quam aliorum admirator: ſiquidem te non cum Briareo aut Hercule componas. Ergo ubi magna te ceperit admiratio ejus qui lectica geſtatur, oculis paululum demiſſis etiam bajulos contemplare: et cum Xerxem illum rati mare tranſeuntem cum Helleſpontio illo beatum prædicabis, inſpice etiam eos qui flagellis urgentibus Atho montem perforant, et quibus ob ruptum fluctibus pontem aures nareſque amputantur, ſimulque eorum ſenſum conſidera, quod vitam et res tuas ii felices exiſtimant. Socrates quendam amicorum audiens dicere, *Quam caro in hac urbe pretio vivitur? mina venditur vinum Chium, purpura tribus, mellis hemina quinque denariis:* adduxit ad farinas, *Hic*, dicens, *ſemiſextarius venditur obolo: exiguo pretio in Urbe vivitur:* tum ad olivas, *Duobus æreis chœnix*; deinde ad exomides, *Hæc de-*

Digitized by Google

ταῖς ἐξωμίσι, δέκα δραχμῶν, εὐτελὴς ἡ πόλις. Οὐκοῦν καὶ ἡμεῖς, ὅταν ἀκούσωμεν ἑτέρου λέγοντος ὡς μικρὰ τὰ καθ' ἡμᾶς πράγματα καὶ λυπρὰ δεινῶς, μὴ 471 ὑπατευόντων, μηδὲ ἐπιτροπευόντων, ἔξεστιν εἰπεῖν, Λαμπρὰ τὰ καθ' ἡμᾶς πράγματα, καὶ ζηλωτὸς ἡμῶν ὁ βίος· οὐ προσαιτοῦμεν, οὐκ ἀχθοφοροῦμεν, οὐ κολακεύομεν.

ια΄. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπεὶ πρὸς ἑτέρους μᾶλλον ἢ πρὸς αὑτοὺς ὑπ' ἀβελτηρίας εἰθίσμεθα ζῆν, καὶ πολὺ τὸ δύσζηλον ἡ φύσις ἔχουσα καὶ τὸ βάσκανον, οὐ χαίρει τοσοῦτον τοῖς ἰδίοις, ὅσον ἀνιᾶται τοῖς ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς· μὴ μόνον ὅρα τὰ λαμπρὰ καὶ τὰ περιβόητα τῶν ζηλουμένων ὑπὸ σοῦ καὶ θαυμαζομένων, ἀλλ' ἀνακαλύψας καὶ διαστείλας, ὥσπερ ἀνθηρὸν παραπέτασμα, τὴν δόξαν αὐτῶν καὶ τὴν ἐπιφάνειαν, ἐντὸς γενοῦ, καὶ κατόψει πολλὰ δυσχερῆ καὶ πολλὰς ἀηδίας ἐνούσας αὐτοῖς. Ὁ B

F. 8. ἐξωμίσι] Sic Baſ. Xyl. Moſc. 1. 2. Colleg. Nov. Schott. Jannot. Mez. Ceteri et vulgò ἐξαμίσι.

cem drachmis venditur veſtis; exiguo in hac urbe vivitur pretio. Ita et nos, cum audiemus aliquem pronunciantem tenues res noſtras eſſe et afflictas, qui conſules aut procuratores non ſimus; eſſe nos in lauta atque ſplendida re dicemus, ut qui neque mendicemus, neque oneribus bajulandis aut adulando vivamus.

XI. Enimvero quando ea eſt noſtra ſtultitia ut, magis aliorum quam noſtri reſpectu vivere adſueſcamus, ingeniumque ita eſt obtrectatione et invidentia corruptum, ut non tam gaudeamus noſtris bonis, quam ob aliorum bona doleamus: eorum quos æmularis atque admiraris, non tantum vide ſplendida illa et nobilia bona, ſed aperiens ea, et gloriæ ac ſpeciei tanquam florido aliquo conopeo reducto, intus penetra, cernes multa moleſta et minime jucunda iis ineſſe. Pittacus ille, cui mag-

γουῦ Πιττακὸς ἐκεῖνος, οὗ μέγα μὲν ἀνδρείας, μέγα δὲ σοφίας καὶ δικαιοσύνης κλέος, εἱστία ξένους· ἐπελθοῦσα δὲ ἡ γυνὴ μετ' ὀργῆς ἀνέτρεψε τὴν τράπεζαν· τῶν δὲ ξένων διατραπέντων, Ἑκάστῳ τι, ἔφη, ἡμῶν κακόν ἐστιν· ᾧ δὲ τοὐμὸν, ἄριστα πράττει.

Οὗτος μακάριος ἐν ἀγορᾷ νομίζεται,
Ὅταν δ' ἀνοίξῃ τὴν θύραν, τρισάθλιος.
Γυνὴ κρατεῖ πάντων, ἐπιτάττει, μάχετ' ἀεί.
Ἀπὸ πλειόνων ὀδυνᾶτ', ἐγὼ δ' ἀπ' οὐδενός.

Τοιαῦτα πολλὰ καὶ πλούτῳ καὶ δόξῃ καὶ βασιλείᾳ
C πρόσεστιν ἄδηλα τοῖς πολλοῖς· ἐπιπροσθεῖ γὰρ ὁ τῦφος,

Ὦ μάκαρ Ἀτρείδη, μοιρηγενὲς, ὀλβιόδαιμον·

ἔξωθεν οὗτος ὁ μακαρισμὸς, ὅπλων καὶ ἵππων καὶ στρατείας περικεχυμένης· αἱ δὲ τῶν παθῶν φωναὶ πρὸς τὴν κενὴν δόξαν ἔνδοθεν ἀντιμαρτυροῦσι,

Ζεύς με μέγα Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ.

καὶ,

—— Ζηλῶ σε γέρων,

B. 6. ᾧ δὲ τοὐμὸν] Xyl. C. D. Colleg. Nov. Jannot. ᾧ δὲ τοῦτο μόνον. Ceteri vulgatum tuentur, exiguo diſcrimine.

nam fortitudo, ſapientia, et juſtitia paraverunt gloriam, cum hoſpites convivio excepiſſet, uxorque irata ſuperveniſſet, et menſam ſubvertiſſet, hoſpitibus perturbatis, *Unicuique*, inquit, *veſtrum eſt mali aliquid: feliciſſimus hic, cui hoc tantum.*

Hic in foro beatus eſſe creditur,
Cum foribus apertis ſit ſuis miſerrimus:
Imperat mulier, jubet omnia, ſemper litigat.
Multa adferunt illi dolorem, nil mihi.

Talia multa opibus, gloriae, regno inhærent, ignota vulgo: officit enim luminibus faſtus.

O felix, fatiſque Atrida beantibus arte:

extrinſecus illa beatitatis laudatio ducta, ob circumfuſam armorum, equorum, militum copiam: at intus voces perturbationum animi vanæ huic gloriæ reclamant,

Juppiter implicuit noxæ me prorſus acerbæ.

Item hæc,

Suſpicio te, o ſenex,

> Ζηλῶ δ' ἀνδρῶν ὃς ἀκίνδυνον
> Βίον ἐξεπέρασεν ἀγνὼς, ἀκλεής.

Ἔξεστιν οὖν καὶ τούτοις τοῖς ἐπιλογισμοῖς ἀπαρύτειν τοῦ πρὸς τὴν τύχην μεμψιμοίρου, καὶ διὰ τὸ θαυμάζειν τὰ τοῦ πλησίον, ἐκταπεινοῦντος τὰ οἰκεῖα καὶ καταβάλλοντος. D

ιβ'. Οὐχ ἥκιστα τοίνυν εὐθυμίαν κολούει τὸ μὴ συμμέτροις χρῆσθαι, πρὸς τὴν ὑποκειμένην δύναμιν ὁρμαῖς, ὥσπερ ἱστίοις, ἀλλὰ μειζόνων ἐφιεμένους ταῖς ἐλπίσιν, εἶτ' ἀποτυγχάνοντας, αἰτιᾶσθαι δαίμονα καὶ τύχην, ἀλλὰ μὴ τὴν αὑτῶν ἀβελτηρίαν. Οὐδὲ γὰρ ὁ τοξεύειν τῷ ἀρότρῳ βουλόμενος, καὶ τῷ βοῒ τὸν λαγὼ κυνηγετεῖν, δυστυχής ἐστιν· οὐδὲ τῷ γρίφοις καὶ σαγήναις ἐλάφους μὴ λαμβάνοντι, μηδὲ εἷς δαίμων ἐναντιοῦται μοχθηρὸς, ἀλλ' ἀβελτηρία καὶ μοχθηρία τοῖς ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦσιν. Αἴτιον δὲ ἡ φιλαυτία μάλιστα, φιλοπρώτους ποιοῦσα καὶ φιλονείκους ἐν πᾶσι, καὶ πάντων ἐπιδραττομένους E

D. 10. ἐπιχειροῦσιν] Lege ἐπιχειροῦσαι, vel ἐπιχειροῦσα cum Reiſkio.

> *Et quicunque virorum*
> *Sine periclo vitam exegit*
> *Inglorius, ignotuſque.*

Ergo id genus ratiocinationes valent ad carpendum exhauriendumque hunc animi morbum, quo de fortuna noſtra queruli, ob vicinorum admirationem res noſtras extenuamus ac deprimimus.

XII. Id quoque non leviter tranquillitati mentis obeſt, quod non mediocribus et ad facultates noſtras accommodatis appetitionibus, tanquam velis, utimur: ſed ſpe majorum rerum concepta, poſtmodo fruſtrante conatu genium fortunamque incuſamus, non noſtram, quod erat rectius, ſtultitiam. Etenim non is infortunatus eſt, qui jaculari aratro, aut bove leporem venari voluit: neque ei qui fruſtra verriculo aut funda captavit cervum, ullus malus adverſatur genius: ſed ſtultitia et perverſitas eum ad tentanda impoſſibilia adigentes. In culpa eſt ſui amor, ſtudium ingenerans primas ſibi in omnibus rebus contentioſe arrogan-

Digitized by Google

ἀπλήστως. Οὐ γὰρ πλούσιοι μόνον ὁμοῦ καὶ λόγιοι καὶ ἰσχυροὶ καὶ συμποτικοὶ καὶ ἡδεῖς εἶναι καὶ φίλοι βασιλέων, καὶ πόλεων ἄρχοντες ἀξιοῦσιν· ἀλλ' εἰ μὴ καὶ κύνας ἕξουσι πρωτεύοντας ἀρετῇ, καὶ ἵππους καὶ ὄρτυγας καὶ ἀλεκτρυόνας, ἀθυμοῦσι. Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος, οὐκ ἠγάπα μέγιστος ὢν τῶν τότε τυράννων, ἀλλ' ὅτι Φιλοξένου τοῦ ποιητοῦ μὴ βέλτιον ᾖδε μηδὲν, μηδὲ περιῆν ἐν τῷ διαλέγεσθαι
F Πλάτωνος, ὀργισθεὶς καὶ παροξυνθεὶς, τὸν μὲν εἰς τὰς λατομίας ἐνέβαλε, τὸν δὲ ἀπέδοτο πέμψας εἰς Αἴγιναν. Οὐ τοιοῦτος Ἀλέξανδρος, ἀλλ' ἐπεὶ Κρίσσων ὁ σταδιοδρόμος ἁμιλλώμενος αὐτῷ περὶ τάχους, ἔδοξεν ἑκὼν παρεῖναι, σφόδρα διηγανάκτησεν. Εὖ δὲ καὶ ὁ ποιητικὸς Ἀχιλλεὺς εἰπὼν,

Τοῖος ἐὼν οἷος οὔτις Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων,

ἐπενήνεγκεν,

E. 9. ᾖδε] Sic D. Pol. Jannot. Mez. Vulgo, ᾔδει. Proximum μηδὲν, delendum.
F. 3. Κρίσσων] Sic in D. et alio Plutarchi loco, ſupra p. 58. E. et præ Βρίσων vulgato probat Palmer. Exerc. p. 214.

di, et inexſaturabili cupiditate omnia aggrediundi: non enim divites modo ſimul, et docti, et robuſti, et ad compotandum idonei, et comes eſſe atque amici regum et urbium principes volunt: ſed male ſecum agi putant, niſi canes etiam, et equos, et coturnices, et gallos aliis habeant præſtantiores. Dionyſius major non contentus omnium ea tempeſtate tyrannorum quod eſſet maximus, irritato atque exaſperato animo quod Philoxenum poëtam canendo, Platonem diſſerendo non ſuperaret, alterum in lapicidinas conjecit, alterum in Æginam vendidit. Non hoc modo egit Alexander: qui cum Criſo ſtadii curſor cum ipſo de velocitate certans dedita opera viſus fuiſſet ſuccumbere, vehementer eſt indignatus. Probe etiam Homericus Achilles, cum dixiſſet,

Non me inter Danaos cum ſit præſtantior alter,

ſubjecit,

Ἐν πολέμῳ· ἀγορῇ δέ τ' ἀμείνονές εἰσι καὶ ἄλλοι.

Μεγάβυζον δὲ τὸν Πέρσην εἰς τὸ ζωγραφεῖον ἀναβάντα τοῦ Ἀπελλοῦ, καὶ λαλεῖν ἐπιχειρήσαντα περὶ τῆς τέχνης A ἐπεστόμισεν ὁ Ἀπελλῆς, εἰπών, Ἕως μὲν ἡσυχίαν ἦγες, ἐδόκεις τις εἶναι διὰ τὰ χρυσία καὶ τὴν πορφύραν, νυνὶ δὲ καὶ ταυτὶ τὰ τρίβοντα τὴν ὤχραν παιδάρια καταγελᾷ σου φλυαροῦντος. Ἀλλ' ἔνιοι τοὺς μὲν Στωϊκοὺς οἴονται παίζειν, ὅταν ἀκούσωσι τὸν σοφὸν παρ' αὐτοῖς μὴ μόνον φρόνιμον καὶ δίκαιον καὶ ἀνδρεῖον, ἀλλὰ καὶ ῥήτορα καὶ στρατηγὸν καὶ ποιητὴν καὶ πλούσιον καὶ βασιλέα προσαγορευόμενον, αὑτοὺς δὲ πάντων ἀξιοῦσι τούτων· κἂν μὴ τυγχάνωσιν, ἀνιῶνται. Καίτοι καὶ τῶν θεῶν ἄλλος ἄλλην B
ἔχων δύναμιν, ὁ μὲν, Ἐνυάλιος, ὁ δὲ, Μαντῷος, ὁ δὲ, Κερδῷος ἐπονομάζεται· καὶ τὴν Ἀφροδίτην ὁ Ζεὺς, ὡς οὐ μετὸν αὐτῇ πολεμικῶν ἔργων, ἐπὶ γάμους ἀποστέλλει καὶ θαλάμους.

ιγ'. Τινὰ γὰρ οὐδὲ συνυπάρχειν, ἀλλὰ μᾶλλον ὑπεναντιοῦσθαι πέφυκεν ἀλλήλοις τῶν σπουδαζομένων· οἷον,

Pugnando: mea namque aliis facundia cedat.

Megabyzo Perſæ cum in officinam Apellis pictoris deſcendiſſet, et neſcio quid de arte dicere cœpiſſet, ſilentium impoſuit Apelles his verbis: *Quandiu tacebas, exiſtimabare aliquid eſſe ob auri et purpuræ ornamenta: at nunc te nugantem etiam pueruli iſti ochram terentes derident.* Sed nonnulli Stoicos ludere putant, quando ab iis audiunt ſapientem non modo prudentem, juſtum, fortem, ſed rhetorem quoque, imperatorem, poëtam, divitem, regemque cognominari; cum interim hos ſibi titulos ipſi arrogent omnes, et, niſi obtinent, indignentur. Atqui Deorum alius alia virtute præditus, hic bellicoſus, ille fatidicus, rurſum alius lucri præſes nominatur: et Venerem Jupiter, quod ad eam res bellicæ nihil pertinerent, ad nuptias et cubilia ablegat.

XIII. Et vero ſunt quæ ſimul locum habere non poſſint, ſed invicem pugnent ſtudia: puta, otio opus habet di-

Digitized by Google

ἄσκησις λόγων, καὶ μαθημάτων ἀνάληψις, ἀπραγμοσύνης δεῖται καὶ σχολῆς· δυνάμεις δὲ πολιτικαὶ, καὶ φιλίαι βασιλέων, οὐκ ἄνευ πραγμάτων οὐδὲ ἀσχολιῶν περιγίγνονται· καὶ μὴν οἶνός τε καὶ σαρκῶν ἐμφόρησις σῶμα μὲν ἰσχυρὸν ποιοῦσι καὶ ῥωμαλέον, ψυχὴν δὲ ἀσθενῆ·
C καὶ χρημάτων ἐπιμέλεια μὲν καὶ τήρησις συνεχὴς αὔξει πλοῦτον, ὑπεροψία δὲ καὶ περιφρόνησις, μέγα πρὸς φιλοσοφίαν ἐφόδιον. Ὅθεν οὐ πάντα πάντων ἐστὶν, ἀλλὰ δεῖ τῷ Πυθικῷ γράμματι πειθόμενον, αὐτὸν καταμαθεῖν· εἶτα χρῆσθαι πρὸς ἓν ὃ πέφυκε, καὶ μὴ πρὸς ἄλλον ἄλλοτε βίου ζῆλον ἕλκειν καὶ παραβιάζεσθαι τὴν φύσιν,

Ἐν ἅρμασιν ἵππος, ἐν δ' ἀρότρῳ βοῦς,
Παρὰ ναῦν δ' ἰθύει τάχιστα δελφὶς,
Κάπρῳ δὲ βυλεύοντα φόνον,
Κύνα χρὴ τλάθυμον ἐξευρεῖν.

Ὁ δ' ἀσχάλλων καὶ λυπούμενος ὅτι μὴ καὶ λέων ἐστὶν,

C. 10. βυλεύοντα] Retinui Stephani lectionem, a qua unus non diſſentit C, reliquis omnibus βυλεύοντι exhibentibus Ald. Baſ. Xyl. A. D. Moſc. 1. 2. Voſſ. Colleg. Nov. Illud prætuli item ſupra p. 451. D.

cendi exercitatio, et mathematum tractatio, atque aliarum vacatione occupationum, facultas civilis, et amicitiæ regum, non ſine negotiis et occupationibus parari poſſunt: tum vini et carnium uſus largior, corpus validum ac robuſtum facit, animum imbecillum: aſſidua rei faciundæ cura et conſervatio divitias auget, contemptus opum ad philoſophiam eſt perquam utile viaticum. Hinc quidem conſtat non omnia eſſe omnium: ſed oportere Pythicæ obtemperantem inſcriptioni, Seipſum noſſe: deinde uti ſuo ingenio ad ea ad quæ natura factus eſt: neque id ad alius vitæ ſtudium trahendo, huic vim facere.

Equus eſt ad currum idoneus:
Ad aratra bos: propter ratem
Delphin celerrime incitatur.
Apro ſi quis necem ſtruit,
Canem inveniat laborioſum.

Qui autem indigne fert, quod non ſimul eſt

—Ὀρεσίτροφος ἀλκὶ πεποιθὼς, D

ἅμα καὶ κυνίδιον Μελιταῖον ἐν κόλπῳ χήρας γυναικὸς τιθηνούμενον, ἀπόπληκτός ἐστι. Τούτου δὲ οὐδὲν βελτίων, ὁ βουλόμενος ἅμα μὲν Ἐμπεδοκλῆς ἢ Πλάτων ἢ Δημόκριτος εἶναι περὶ κόσμου γράφων καὶ τῆς τῶν ὄντων ἀληθείας, ἅμα δὲ πλουσίᾳ γραῒ συγκαθεύδειν, ὡς Εὐφορίων· ἢ τῷ ἐπὶ κῶμον Ἀλεξάνδρῳ συμπίνειν, ὡς Μήδιος· ἀγανακτῶν δὲ καὶ λυπούμενος εἰ μὴ θαυμάζεται διὰ πλοῦτον, ὡς Ἰσμηνίας, καὶ δι' ἀρετὴν, ὡς Ἐπαμινώνδας. Οὐδὲ γὰρ οἱ δρομεῖς ὅτι μὴ τοὺς τῶν παλαιστῶν φέρονται στεφάνους ἀθυμοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν ἀγάλλονται καὶ χαίρουσι. Σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει. Καὶ E γὰρ ὁ Σόλων,

Ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς οὐ διαμειψόμεθα
Τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον· ἐπεὶ τὸ μὲν ἔμπεδόν ἐστι,
Χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.

Καὶ Στράτων ὁ φυσικὸς, ἀκούσας ὅτι πολλαπλασίους ἔχει

D. 7. ἢ τῷ] Vitioſum, nec melius quid in libris. Equidem conjeci ἢ ἐπίκωμος τῷ Ἀλ. σ. Nec repudiandum Reiſkii ἢ ἰὼν ἐπὶ κῶμον, Ἀλ. σ. quandoquidem pro τῷ habent τῶν Ald. Baſ. Xyl. D. Moſc. 2. Colleg. Nov. Voſſ.

Robore confidens leo, montibus innutritus, et catellus Melitæus in ſinu viduæ mulieris educatus, ſtupidus eſt. Neque eo melior, qui ſimul vult et Empedocles, Plato, aut Democritus eſſe de mundo ſcribens, et cum vetula divite dormire, ut Euphorion; aut cum comeſſatoribus Alexandri potare, ut Medius: et qui iniquo animo toleret, non ſimul et ob divitias, ut Iſmeniam, et ob virtutem, ut Epaminondam, ſe in admiratione haberi. Nam neque curſores animo ſunt ægro, quia non auferunt coronas luctatorum, ſed ſuis gaudent atque exſultant. *Spartam es nactus, hanc orna.* Sic et Solon,

At nos virtutis non permutabimus bonum,
Pulchraque virtutis munia divitiis:
Cum ſtet virtutis ſtabilis poſſeſſio ſemper,
Incertæ varia ſorte ferantur opes.

Et Strato phyſicus audito Menedemum multis modis plus

Digitized by Google

Μενέδημος μαθητὰς, Τί οὖν, ἔφη, θαυμαστὸν εἰ πλείονες εἰσὶν οἱ λούεσθαι θέλοντες τῶν ἀλείφεσθαι βουλομένων; Ἀριστοτέλης δὲ πρὸς Ἀντίπατρον γράφων, Οὐκ Ἀλεξάνδρῳ μόνον, ἔφη, προσήκει μέγα φρονεῖν, ὅτι κρατεῖ
F πολλῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐχ ἧττον οἷς ὑπάρχει περὶ θεῶν ἃ δεῖ δοξάζειν. Τοὺς γὰρ οὕτω τὰ οἰκεῖα σεμνύνοντας οὐκ ἐνοχλήσει τὰ τῶν πλησίων. Νῦν δὲ τὴν ἄμπελον σῦκα φέρειν οὐκ ἀξιοῦμεν, οὐδὲ τὴν ἐλαίαν βότρυς· αὐτοὶ δὲ ἑαυτοὺς, ἐὰν μὴ καὶ τὰ τῶν πλουσίων ἅμα καὶ τὰ τῶν λογίων, καὶ τὰ τῶν στρατευομένων καὶ τὰ τῶν φιλοσοφούντων, καὶ τὰ τῶν κολακευόντων καὶ τὰ τῶν παῤῥησιαζομένων, καὶ τὰ τῶν φειδομένων καὶ τὰ τῶν δαπανώντων ἔχωμεν προτερήματα, συκοφαντοῦμεν καὶ ἀχαριστοῦμεν ἑαυτοῖς, καὶ καταφρονοῦμεν ὡς ἐνδεῶς καὶ ἀπλῶς
473 βιούντων. Πρὸς δὲ τούτῳ, καὶ τὴν φύσιν ὁρῶμεν ὑπομιμνήσκουσαν ἡμᾶς. Ὡς γὰρ τῶν θηρίων ἑτέροις ἀφ'

E. 8. θέλοντες] Rectius forte abſit quam adſit. Abeſt ſane in A. Moſc. 1. 2. Voſſ. Colleg. Nov.

habere diſcipulos, *Quid mirum eſt*, aiebat, *ſi plures ſunt qui lavare, quam qui ungi volunt?* Ariſtoteles quoque ad Antipatrum ſcribebat, *Non ſolum Alexandrum debere multum ſibi tribuere ob imperium in tot homines; nihilo minus id licere iis, qui recte de deo ſentiant:* Etenim eos qui hoc modo ſua extollunt bona, minus aliorum perturbabunt. Nunc nos, qui a vite ficus, aut ab olea uvas non requirimus, niſi prærogativas ſimul omnes divitum, doctorum, bellatorum, philoſophantium, adulantium, libere dicentium, parcorum, ſumtus facientium habeamus, calumniamur, ingratique adverſum noſmetipſos ſumus, ac vitam noſtram ut inopem mutilamque ſpernimus. Præter hæc vero, ab ipſa nos natura admoneri videmus. Ut enim brutorum animalium aliis aliunde nutrimentum ſuggerit, neque om-

ἑτέραν παρεσκεύασε τὴν τροφὴν εἶναι, καὶ οὐ πάντα σαρκοφαγεῖν ἢ σπερμολογεῖν ἢ ῥιζωρυχεῖν ἐποίησεν, οὕτω τοῖς ἀνθρώποις ποικίλας πρὸς τὸν βίον ἀφορμὰς ἔδωκε,

Μηλοβοτᾷ τ' ἀρότᾳ τ' ὀρνιθολόχῳ τε,

καὶ ὃν πόντος τρέφει. Δεῖ δὴ τὸ πρόσφορον ἑαυτοῖς ἑλομένους καὶ διαπονοῦντας, ἐᾷν τὰ τῶν ἄλλων· καὶ μὴ τὸν Ἡσίοδον ἐλέγχειν ἐνδεέστερον εἰπόντα,

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων.

Οὐ γὰρ μόνον τοὺς ὁμοτέχνους καὶ τοὺς ὁμοτρόπους ζηλοτυποῦντες, ἀλλὰ καὶ λογίους πλούσιοι, καὶ πλουσίους ἔνδοξοι, B
καὶ δικολόγοι σοφιστὰς, καὶ νὴ μὰ Δία κωμῳδοὺς εὐημεροῦντας ἐν θεάτροις καὶ ὀρχηστὰς καὶ θεράποντας ἐν αὐλαῖς βασιλέων ἐλεύθεροι καὶ εὐπατρίδαι καταπεθαμβημένοι καὶ μακαρίζοντες, οὐ μετρίως λυποῦσιν αὐτοὺς καὶ ταράττουσιν.

A. 6. Μηλοβοτᾷ τ' ἀρότᾳ τ' ὀρνιθολόχῳ τε] Dativos poſui, ſecutus et Xylandrum ita et edentem et vertentem: et auctorem Pindarum Iſthm. I. 67, quocum C. partim conſentit. Vulgo μηλοβοτά τ' ἀρότα τ' ὀρνιθολόχω τε.

nibus carnem edendi, ſemina legendi, radices effodiendi facultatem indidit ea: ſic homini quoque varias ad vitam tolerandam opportunitates præbuit: opilioni ſuas, ſuas aratori, aucupi, et quem mare alit. Quo æquius eſt nos id genus vitæ, quod nobis eſt commodum, amplexos, in eo elaborare, reliqua omittere, neque oſtendere Heſiodum intra modum ſubſtitiſſe, cum diceret,

Succenſet figulo figulus, fabrum faber odit.

Non enim eandem modo artem, eandem vitæ rationem exercentes dum æmulantur, ſed et doctos opulenti, et opulentos fama clari, et cauſidici ſophiſtas, atque adeo comœdos in theatris pulchre ſtantes, hiſtrioneſque et ſervos regum aulicos liberi homines ac patricii cum ſtupore admirantes beatoſque dicentes, non mediocrem ſibi ipſis dolorem perturbationemque afferunt.

Digitized by Google

ιδʹ. Ὅτι δὲ ἕκαστος ἐν ἑαυτῷ τὰ τῆς Εὐθυμίας καὶ τῆς Δυσθυμίας ἔχει ταμιεῖα, καὶ τοὺς τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν πίθους οὐκ ἐν Διὸς οὔδει κατακειμένους, ἀλλ' ἐν τῇ ψυχῇ κειμένους, αἱ διαφοραὶ τῶν παθῶν δηλοῦσιν.
C Οἱ μὲν γὰρ ἀνόητοι καὶ παρόντα τὰ χρηστὰ παρορῶσι καὶ ἀμελοῦσιν, ὑπὸ τοῦ συντετάσθαι πρὸς τὸ μέλλον ἀεὶ ταῖς φροντίσιν· οἱ δὲ φρόνιμοι καὶ τὰ μηκέτ' ὄντα, τῷ μνημονεύειν ἐναργῶς, ὄντα ποιοῦσιν ἑαυτοῖς· τὸ γὰρ παρὸν τῷ ἐλαχίστῳ τοῦ χρόνου μορίῳ θιγεῖν παρασχόν, εἶτα τὴν αἴσθησιν ἐκφυγόν, οὐκέτι δοκεῖ πρὸς ἡμᾶς οὐδὲ ἡμέτερον εἶναι τοῖς ἀνοήτοις· ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἐν ᾅδου ζωγραφούμενος σχοινοστρόφος ὄνῳ τινὶ παρίησιν ἐπιβοσκομένῳ καταναλίσκειν τὸ πλεκόμενον, οὕτω τῶν πολλῶν ἀναίσθητος καὶ ἀχάριστος ὑπολαμβάνουσα λήθη καὶ κατανεμομένη, πρᾶξίν τε πᾶσαν ἀφανίζουσα καὶ κατόρθωμα,
D καὶ σχολὴν ἐπίχαριν καὶ συμπεριφορὰν καὶ ἀπόλαυσιν, οὐκ ἐᾷ τὸν βίον ἕνα γενέσθαι, συμπλεκομένων τοῖς παρ-

XIV. Jam quod hominum unuſquiſque penum vel Tranquillitatis Animi, vel ægritudinis in ſeſe habeat, et dolia bonorum ac malorum non in Jovis limine, ſed in animo ſuo repoſita, affectionum diverſitates demonſtrant. Stolidi enim bona etiam præſentia non cernunt neque curant; quod cogitationes ſuas ſemper futuris habent intentas: prudentes ea quoque, quæ eſſe deſierunt, memoriæ perſpicacitate ſibi præſentia faciunt. Quippe ſtultis id quod præſens eſt, et exiguiſſimo temporis puncto ſe tangendum præbens, deinde ſenſum effugit, non jam amplius ad ipſos pertinere videtur: ſed, quemadmodum apud Manes pingitur quidam funem torquens, et id quod contexuit aſino vorandum permittens, ita multorum ſtupida quædam et ingrata oblivio omnem actionem, omnes res præclare geſtas, omne jucundum otium, omnem conviviorum et voluptatum fruitionem abolens, non ſinit vitam eſſe conti-

Digitized by Google

ὖσι τῶν παρῳχημένων· ἀλλ' ὥσπερ ἕτερον τὸν ἐχθὲς ὄντα τοῦ σήμερον, καὶ τὸν αὔριον ὁμοίως οὐ τὸν αὐτὸν τῷ σήμερον, διαιροῦσα, πᾶν τὸ γενόμενον εὐθὺς εἰς τὸ ἀγένητον τῷ ἀμνημονεύτῳ καθίστησιν. Οἱ μὲν γὰρ ἐν ταῖς σχολαῖς τὰς αὐξήσεις ἀναιροῦντες ὡς τῆς οὐσίας ἐνδελεχῶς ῥεούσης, λόγῳ ποιοῦσιν ἡμῶν ἕκαστον ἄλλον ἑαυτοῦ καὶ ἄλλον· οἱ δὲ τῇ μνήμῃ τὰ πρότερα μὴ στέγοντες μηδὲ ἀναλαμβάνοντες, ἀλλ' ὑπεκρεῖν ἐῶντες, ἔργῳ ποιοῦσιν ἑαυτοὺς καθ' ἡμέραν ἀποδεεῖς καὶ κενοὺς καὶ τῆς αὔριον ἐκκρεμαμένους, E
ὡς τῶν πέρυσι καὶ πρῴην καὶ χθὲς, οὐ πρὸς αὐτοὺς ὄντων οὐδὲ ὅλως αὐτοῖς γινομένων.

ιε΄. Καὶ τοῦτο οὖν τὴν Εὐθυμίαν ἐπιταράσσει· κἀκεῖνο μᾶλλον, ὅταν ὥσπερ αἱ μυῖαι τῶν λείων τόπων ἐν τοῖς κατόπτροις ἀπολισθαίνουσι, ταῖς δὲ τραχύτησι προσέχονται καὶ ταῖς ἀμυχαῖς· οὕτως ἄνθρωποι τῶν ἱλαρῶν καὶ προσηνῶν ἀπορρέοντες ἐμπλέκονται ταῖς τῶν ἀηδῶν

E. 2. πρὸς αὐτοὺς] Sumſi a Xyl. Ceteri πρὸς αὐτῶν.

nuam, præſentibus ad præterita adjunctis: ſed heſternam ab hodierna, hanc a craſtina dividens, quidquid evenit obterens tanquam non factum redigit. Nam qui in ſcholis incrementa corporum negant, ob continuatam ſubſtantiæ fluxionem, ii verbo faciunt nos ſubinde alios: qui autem priora non complectuntur memoria, neque revocant, ſed effluere ſinunt, ii re ipſa faciunt ſe quotidie indigos inaneſque, et a craſtino pendentes: tanquam ea quæ ſuperiore anno, dudum adeoque heri obtigerunt, plane ad ipſos nihil pertineant, neque omnino ipſis evenerint.

XV. Et hoc igitur Animi Tranquillitatem non leviter impedit: et magis etiam illud, quod homines muſcarum in morem in ſpeculis de lævi ſuperficie delabentium et aſperitatibus ac fiſſuris inhærentium, a jucundarum rerum memoria defluentes recordationi moleſtarum implicantur:

ἀναμνήσεσι· μᾶλλον δὲ, ὥσπερ ἐν Ὀλύνθῳ τοὺς κανθά-
ρους λέγουσιν εἴς τι χωρίον ἐμβάλλοντας ὃ καλεῖται Καν-
F θαρώλεθρον, ἐκβῆναι μὴ δυναμένους, ἀλλ' ἐκεῖ στρεφο-
μένους καὶ κυκλουμένους ἐναποθνήσκειν, οὕτως εἰς τὴν τῶν
κακῶν μνήμην ὑπορρυέντες ἀνενεγκεῖν μὴ θέλωσι μηδ'
ἀναπνεῦσαι. Δεῖ δὲ, ὥσπερ ἐν πινακίῳ χρωμάτων, ἐν
τῇ ψυχῇ τῶν πραγμάτων τὰ φαιδρὰ καὶ λαμπρὰ
προβάλλοντας, ἀποκρύπτειν τὰ σκυθρωπὰ καὶ πιέζειν.
Ἐξαλεῖψαι γὰρ οὐκ ἔστι παντάπασιν οὐδ' ἀπαλλαγῆναι.
Παλίντροπος γὰρ ἁρμονίη κόσμου, ὅκωσπερ λύρης καὶ τόξου·
474 καὶ τῶν ἀνθρωπίνων καθαρὸν οὐδὲν, οὐδὲ ἀμιγές. Ἀλλ'
ὥσπερ ἐν μουσικῇ βαρεῖς φθόγγοι καὶ ὀξεῖς, ἐν δὲ γραμ-
ματικῇ φωνήεντα καὶ ἄφωνα γράμματα· μουσικὸς δὲ καὶ
γραμματικὸς, οὐχ ὁ θάτερα δυσχεραίνων καὶ ὑποφεύγων,
ἀλλ' ὁ πᾶσι χρῆσθαι καὶ μιγνύναι πρὸς τὸ οἰκεῖον ἐπι-

F. 3. θέλωσι] Sic C. Moſc. 1. 2. Colleg. Nov. Schott. Jannot. Jun. T. B. Vulgo, θέλοντες.

F. 8. ὅκωσπερ] Sic A. D. Moſc. 1. 2. Voſſ. ut alibi in hoc Heracliti dicto. Vulgo ὥσπερ.

immo, ſicut Olynthi cantharos ferunt in locum quendam qui ab exitio ejus inſecti Cantharolethrum dicitur injectos, quod exire inde nequeant, perpetua circumverſione enecari: ita ipſi quoque in malorum commemorationem ubi incidere, inde ſe revocare et recreare nolunt. Oportet autem ſicut in tabula colorem, ita in animo rerum eas quæ maxime nitent ac ſplendent proponere, iiſque tetrica obſcurare et opprimere, quandoquidem omnino deleri et amoveri non poſſunt. Ut enim lyræ aut arcus nervi, ita mundi quoque concentus viciſſitudine quadam intenditur ac remittitur: et in rebus humanis nihil ſinceri, nihil puri eſt. Sed quemadmodum in muſica ſoni ſunt et graves et acuti, et in grammatica litteræ cum vocales, tum mutæ: muſicus autem et grammaticus eſt non qui alterum genus moleſte fert atque fugit, ſed qui omnia uſurpare et per-

στάμενος· οὕτω καὶ τῶν πραγμάτων ἀντιστοιχίας ἐχόντων, (ἐπεὶ κατὰ τὸν Εὐριπίδην,

> Οὐκ ἂν γίνοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακὰ,
> Ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις, ὥστ' ἔχειν καλῶς)

οὐ δεῖ τοῖς ἑτέροις ἐξαθυμεῖν, οὐδ' ἀπαγορεύειν· ἀλλ' B
ὥσπερ ἁρμονικοὺς ἀμβλύνοντας ἀεὶ τοῖς κρείττοσι τὰ χείρονα, καὶ τὰ φαῦλα τοῖς χρηστοῖς ἐμπεριλαμβάνοντας, ἐμμελὲς τὸ τοῦ βίου μίγμα ποιεῖν καὶ οἰκεῖον αὐτοῖς. Οὐ γὰρ, ὡς ὁ Μένανδρός φησιν,

> Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαραστατεῖ
> Εὐθὺς γενομένῳ, μυσταγωγὸς τοῦ βίου
> Ἀγαθός.——

ἀλλὰ μᾶλλον, ὡς Ἐμπεδοκλῆς, διτταί τινες ἕκαστον ἡμῶν γενόμενον παραλαμβάνουσι καὶ κατάρχονται μοῖραι καὶ δαίμονες,

> Ἔνθ' ἦσαν Χθονίη τε, καὶ Ἡλιόπη ταναῶπις·
> Δῆρίς θ' αἱματόεσσα, καὶ Ἁρμονίη θεμερῶπις·

B. 13. θεμερῶπις] Sic Ald. Baſ. A. Voſſ. Colleg. Nov. ac probavit Bentleius Ep. ad Mill. 76. Vulgo, ἱμερῶπις quod Stephanus a Pol. ſumtum invexerat.

miſcere arte ſua poteſt: ita in rebus quoque humanis cum ſint oppoſiti invicem ordines (quando, ut eſt apud Euripidem,

> *Sejungier non poſſunt a bonis mala,*
> *Sed eſt eorum, ut res babeant ſatis bene,*
> *Commixtio quædam)*

non debemus in altero animum ob dolorem deſpondere: verum harmonicos imitari, et melioribus deteriora obſcurando, ac mala bonis occupando, concinnum vitæ, nobiſque conveniens, temperamentum conficere. Non enim verum eſt quod dixit Menander,

> *Unicuique, in lucem cum primo editur,*
> *Genius bonus vitæ magiſter totius*
> *Adſiſtit.——*

ſed Empedoclis probanda potius eſt ſententia, qui unumquemque noſtrum, poſtquam eſt natus, arripi gubernarique a duplicibus fatis geniiſque docet,

> *Hic inerant Chthonia, et cernens procul*
> *Heliopea,*
> *Et vario Harmonie vultu, Deriſque*
> *cruenta,*

C Καλλιστώ τ', Αἰσχρή τε· Θόωσά τε, Δειναίη τε·
Νημερτής τ' ἐρόεσσα, μελάγκαρπός τ' Ἀσάφεια.

ις'. Ὥστε τούτων ἑκάστου σπέρματα τῶν παθῶν ἀνακεκραμένα δεδεγμένης ἡμῶν τῆς γενέσεως, καὶ διὰ τοῦτο πολλὴν ἀνωμαλίαν ἐχούσης, εὔχεται μὲν ὁ νοῦν ἔχων τὰ βελτίονα, προσδοκᾷ δὲ καὶ θάτερα· χρῆται δὲ ἀμφοτέροις, τὸ ἄγαν ἀφαιρῶν. Οὐ γὰρ μόνον ὁ τῆς αὔριον ἥκιστα δεόμενος, ὥς φησιν Ἐπίκουρος, ἥδιστα πρόσεισι πρὸς τὴν αὔριον· ἀλλὰ καὶ πλοῦτος εὐφραίνει καὶ δόξα καὶ δύναμις καὶ ἀρχὴ, καὶ μάλιστα τοὺς ἥκιστα τἀναντία ταρβοῦντας. Ἡ γὰρ σφοδρὰ περὶ ἕκαστον ἐπιθυμία, D σφοδρότατον φόβον ἐμποιοῦσα τοῦ μὴ παραμένειν, ἀσθενῆ τὴν χάριν ποιεῖ καὶ ἀβέβαιον, ὥσπερ φλόγα καταπνεομένην. Ὧι δὲ δίδωσι πρὸς τὴν τύχην ἀδεῶς καὶ ἀτρέμως εἰπεῖν ὁ λογισμὸς,

Ἡδὺ μὲν, ἄν τι φέρῃς· ὀλίγον δ' ἄχος, ἢν ἀπολείπῃς·

C. 1. Δειναίη] Bentleius l. c. corrigit Δήναιη *tarda*: Vere; puto.
C. 3. Ὥστε τούτων] Malim, Ὡς δὲ τούτων.

Turpis Calliſtoque, Thooſaque, Deinæaque,
Nemertes et amœna, nigro fructuque Aſaphia.

XVI. Horum geniorum nominibus variæ animi perturbationes exprimuntur, quarum omnium ſemina cum ortus noſter ſecum tulerit, ideoque vitæ magna ſit inæqualitas: meliora quidem optat, qui ſana eſt mente, ſed tamen altera quoque exſpectat, et utriſque utitur ita, Ut ne quid nimis. Non enim tantum *qui minime deſiderat craſtinam diem*, ſicut Epicurus aiebat, *ſuaviſſime procedit in craſtinam diem*: ſed et divitiæ, et gloria, potentia, honores eos maxime delectant, qui contraria horum minime metuunt. Nam nimia iſtarum rerum appetitio, acerrimum amittendi metum ingenerans, gratiam earum fruendarum infirmam reddit atque inſtabilem, inſtar flammæ vento agitatæ. Cui vero ratio hoc paravit, ut ad fortunam intrepide dicere poſſit,

Suave eſt, ſi quid das: parvus dolor, hoc ubi tollis:

τοῦτον ἥδιστα ποιεῖ χρῆσθαι τοῖς παροῦσι τὸ θαῤῥαλέον καὶ
μὴ δεδιὸς αὐτῶν τὴν ἀποβολὴν ὡς ἀφόρητον. Ἔξεστι
γὰρ τὴν Ἀναξαγόρου διάθεσιν, ἀφ' ἧς ἐπὶ τῇ τελευτῇ
τοῦ παιδὸς ἀνεφώνησεν, Ἤδειν θνητὸν γεννήσας, μὴ θαυ-
μάζοντας μόνον, ἀλλὰ καὶ μιμουμένους, ἐπιλέγειν ἑκάστῳ
τῶν τυχηρῶν, Οἶδα τὸν πλοῦτον ἐφήμερον ἔχων καὶ οὐ βέ-
βαιον. Οἶδα τὴν ἀρχὴν ἀφελέσθαι δυναμένους τοὺς E
δεδωκότας· Οἶδα τὴν γυναῖκα χρηστὴν, γυναῖκα δὲ
οὖσαν· καὶ τὸν φίλον, ἄνθρωπον ὄντα, φύσει εὐμετάβολον
ζῶον, ὡς ὁ Πλάτων εἶπεν. Αἱ γὰρ τοιαῦται παρασκευαὶ
καὶ διαθέσεις, ἐάν τι συμβῇ τῶν ἀβουλήτων μὲν, οὐκ
ἀπροσδοκήτων δὲ, μὴ δεχόμεναι τὸ, Οὐκ ἂν ᾤμην, καὶ
τὸ, Ἄλλα ἤλπιζον, καὶ τὸ, Ταῦτα οὐ προσεδόκων, οἷον
πηδήματα καρδίας καὶ σφυγμοὺς ἀφαιροῦσι, καὶ ταχὺ
πάλιν τὸ μανιῶδες καὶ ταραττόμενον ἱδρύουσιν. Ὁ μὲν F
οὖν Καρνεάδης ἐπὶ πραγμάτων μεγάλων ὑπεμίμ-

E. 7. τὸ, Ἄλλα] Veriſſimam lectionem recepi a Mez. Vulgo omnes, Πολλά.

hunc fiducia et vacuitas metus amiſſionis, tanquam intolerabilis, docent ſuaviſſime uti rebus præſentibus. Ac licet Anaxagoræ affectum animi, a quo profectum eſt ut de morte filii hanc vocem ederet, *Sciebam mortalem eſſe quem genueram*, non admirantes modo, ſed et imitantes, ad ſingulos fortunæ caſus dicere, *Noveram divitias me poſſidere in diem durantes et inſtabiles:* *Noveram magiſtratum ab iis adimi poſſe, qui eo me ornaverant: Noveram mihi eſſe probam mulierem, ſed tamen mulierem: Noveram amicum eſſe hominem, facile, ut ait Plato, mutabile animal.* Hujuſmodi enim præparatio animique informatio, ſi quid eorum quæ nollemus quidem, poſſe tamen evenire cogitabamus, accidat, non admittentes voces iſtas, *Non putaram*, *Alia ſperavi*, *Hæc non exſpectabam*, ſaltum cordis et trepidationem avertunt, ac celeriter furioſam et perturbatam facultatem ſedant. Carneades de magnis rebus admonebat omnem dolorem mœro-

Digitized by Google

νώσκειν, ὅτι πᾶν καὶ ὅλον ἐστὶν εἰς λύπην καὶ ἀθυμίαν τὸ
ἀπροσδόκητον. Ἡ γοῦν Μακεδόνων βασιλεία τῆς Ῥω-
μαίων ἡγεμονίας πολλοστημόριον ἦν· ἀλλὰ Περσεὺς μὲν
ἀποβαλὼν Μακεδονίαν, αὐτός τε κατεθρήνει τὸν ἑαυτοῦ
δαίμονα, καὶ πᾶσιν ἐδόκει δυστυχέστατος ἀνθρώπων γεγο-
475 νέναι καὶ βαρυποτμότατος· ὁ δὲ τούτου κρατήσας Αἰμί-
λιος, ἑτέρῳ παραδιδοὺς τῆς ὁμοῦ τε γῆς καὶ θαλάττης ἄρ-
χουσαν δύναμιν, ἐστεφανοῦτο καὶ ἔθυεν, εὐδαιμονιζόμενος
εἰκότως· οὗτος μὲν γὰρ ᾔδει λαμβάνων ἀρχὴν ἀποδοθη-
σομένην, ἐκεῖνος δὲ ἀπέβαλε μὴ προσδοκήσας. Εὖ
δὲ καὶ ὁ ποιητὴς οἷόν ἐστι τὸ παρὰ προσδοκίαν ἐδίδαξεν·
ὁ γὰρ Ὀδυσσεὺς τοῦ μὲν κυνὸς θανόντος ἐξεδάκρυσε, τῇ
δὲ γυναικὶ κλαιούσῃ παρακαθήμενος, οὐδὲν ἔπαθε τοι-
οῦτον· ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἀφῖκτο τῷ λογισμῷ τὸ πάθος ὑπο-
χείριον ἔχων, καὶ προκατειλημμένον· εἰς δὲ ἐκεῖνον, μὴ
προσδοκήσας, ἀλλ᾽ ἐξαίφνης, διὰ τὸ παράδοξον ἐνέπεσε.

A. 11. διὰ τὸ παράδοξον] Aut, ut gloſſa, delendum: aut aliud latet vitium.

remque ab hac una cauſa naſci, quod inexſpectato nobis accidit quippiam. Macedonum regnum cum Romano comparatum imperio, vix aliquanta hujus pars erat: et tamen Perſeus, amiſſa Macedonia, cum ipſe ſuam deplorabat fortunam, tum ab omnibus miſerrimus infeliciſſimuſque homo judicabatur: at qui hunc devicerat Æmilius, tradito alteri terræ mariſque imperio coronabatur ac ſacrificabat, non injuria beatus habitus: norat enim ſe magiſtratum accepiſſe, quem eſſet depoſiturus: Perſeus autem ſuo regno præter exſpectationem ſuam erat exutus. Pulchre etiam Poëta docuit, quid rei ſit id, quod inexſpectato contingit. Ulyſſes enim cane mortuo cum non continuiſſet lachrymas, uxori adſidens flenti nihil tale paſſus eſt: huc enim venerat, animo ratione jam ante confirmato, et adverſus motum munito: in illum autem ſubita res et inexſpectata eum conjecerat.

Digitized by Google

ιζ'. Καθόλου δὲ ἐπεὶ τῶν ἀβουλήτων τὰ μὲν φύσει τὸ λυπηρὸν καὶ βαρὺ ἐπιφέρει, τὰ δὲ πλεῖστα δόξῃ δυσχεραίνειν ἐθιζόμεθα καὶ μανθάνομεν, καὶ οὐκ ἄχρηστον ἐστὶ πρὸς ταῦτα μὲν ἔχειν ἀεὶ τὸ τοῦ Μενάνδρου πρόχειρον,

Οὐδὲν πέπονθας δεινόν, ἂν μὴ προσποιῇ·

τί γὰρ πρὸς σὲ ἐστί, φησίν, ἂν μήτε σαρκὸς ἅπτηται, μήτε ψυχῆς, οἷον ἐστι δυσγένεια πατρός, ἢ μοιχεία γυναικός, ἢ στεφάνου τινὸς ἢ προεδρίας ἀφαίρεσις, ὧν οὐ κωλύεται καὶ μὴ παρόντων ἄνθρωπος καὶ τὸ σῶμα βέλτιστα διακείμενον ἔχειν καὶ τὴν ψυχήν. Πρὸς δὲ τὰ φύσει δοκοῦντα λυπεῖν, οἷα νόσοι καὶ πόνοι, καὶ θάνατοι φίλων καὶ τέκνων, ἐκεῖνο τὸ Εὐριπίδειον, C

Οἴμοι· τί δ' οἴμοι; θνητά τοι πεπόνθαμεν.

Οὐδεὶς γὰρ οὕτω τοῦ παθητικοῦ καταφερομένου καὶ ὀλισθαί-

B. 1. Καθόλου δὲ ἐπεὶ—καὶ οὐκ ἄχρηστον] ἐπεὶ Stephanus dedit ex Pol. et Jannot. nec diſſentiunt A. et C. At ἐστὶ eſt in Ald. Baſ. Xyl. D. Moſc. 1. 2. Voſſ. Colleg. Nov. Illud nexus poſtulat, eidemque conſequens eſt ut καὶ deleatur.

B. 6. τί γὰρ πρὸς σὲ—] Xylander ut Menandrea accepit et vertit. Putem cum Bentleio, eſſe Plutarchi verba.

XVII. In univerſum vero quæ nolentibus nobis accidunt, partim ſuapte natura moleſtiam ea afferunt, partim opinio nos adſuefacit ut ægre feramus: adverſum hæc utile eſt in promtu habere iſthuc Menandri,

Niſi ipſe feras præ te, nihil es paſſus mali.
Quid enim, inquit, ad te pertinet id,
Quo neque animus, neque corpus tangitur tuum?

cujus generis ſunt ignobilitas patris, adulterium uxoris, coronæ aut primarii in conſeſſu loci privatio, quibus etiam abſentibus nihil obſtat quin et animo et corpore optime valeas. Ad ea autem, quæ natura ſuapte dolorem videntur excitare, ut ſunt morbi, ærumnæ, obitus amicorum et liberorum, accommodari debet Euripideum illud,

Heu mihi, qui heu mihi? more hominum ſane accidit.

Non eſt enim alia ratio quæ facultatem animi affectionibus

νοῦντος ἀντιλαμβάνεται λόγος, ὡς ὁ τῆς κοινῆς καὶ φυσικῆς ἀνάγκης ἀνάμνησιν ποιῶν, ᾗ διὰ τὸ σῶμα μεμιγμένος ὁ ἄνθρωπος, μόνην ταύτην τῇ τύχῃ λαβὴν δίδωσιν, ἐν δὲ τοῖς κυριωτάτοις καὶ μεγίστοις ἀσφαλὴς ἕστηκεν. Ὁ Δημήτριος τὴν Μεγαρέων πόλιν καταλαβὼν, ἠρώτησε τὸν Στίλπωνα, μή τι τῶν ἐκείνου διήρπασται· καὶ ὁ Στίλπων ἔφη, μηδένα εἶδον τοὐμὰ φέροντα. Καὶ τοίνυν
D τῆς τύχης πάντα τἄλλα λεηλατούσης καὶ περιαιρουμένης, ἔχομέν τι τοιοῦτον ἐν ἑαυτοῖς,

Οἷον κ' οὔτε φέροιεν Ἀχαιοὶ, οὔτ' ἂν ἄγοιεν.

Ὅθεν οὐ δεῖ παντάπασιν ἐκταπεινοῦν οὐδὲ καταβάλλειν τὴν φύσιν, ὡς μηδὲν ἰσχυρὸν μηδὲ μόνιμον μηδ' ὑπὲρ τὴν τύχην ἔχουσαν· ἀλλὰ τοὐναντίον, εἰδότας ὅτι μικρόν ἐστι μέρος τοῦ ἀνθρώπου τὸ σαθρὸν καὶ τὸ ἐπίκηρον ᾧ δέχεται τὴν τύχην, τῆς δὲ βελτίονος μερίδος αὐτοὶ κρατοῦμεν, ἐν ᾗ τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν ἱδρυθέντα,

C. 10. εἶδον] Sumſi a T. Mez. Vulgo, ἰδεῖν.

obnoxiam labaſcentem magis revocet et confirmet, quam quæ communis naturæ et neceſſitatis memoriam renovat: cui neceſſitati homo propter corpus expoſitus, hic tantum fortunæ anſam præbet, in potiſſimis maximiſque rebus tutus ac ſecurus. Demetrius cum Megara cepiſſet, quæſivit e Stilpone, Ecquid in iſta direptione ipſi periiſſet? cui Stilpo, *Neminem*, reſpondit, *vidi, qui meas res ferret.* Proinde fortuna ubi reliqua deprædatur omnia, atque adimit, habemus aliquid in nobiſmetipſis tale,

Quod ferre aut agere immitis non poſſit Achivus.

Itaque conſequens eſt, non ita plane extenuare aut deprimere naturam, ac ſi nihil ea ſupra fortunam poſſet, nihil ſtabile aut proprium haberet: ſed hoc cognitum habere, exiguam eſſe partem hominis putridam illam et morboſam, quæ fortunam admittit, meliorem in partem eſſe penes nos dominium, in qua bonorum maxima collocata ſunt: bonæ, in-

Digitized by Google

δόξαι τε χρησταὶ καὶ μαθήματα, καὶ λόγοι τελευτῶντες
εἰς ἀρετὴν, ἀναφαίρετον ἔχουσι τὴν οὐσίαν καὶ ἀδιάφθορον, E
ἀηττήτους πρὸς τὸ μέλλον εἶναι καὶ θαρραλέους, καὶ πρὸς τὴν
τύχην λέγοντας, ἃ Σωκράτης δοκῶν πρὸς τοὺς κατη-
γόρους Ἄνυτον καὶ Μέλιτον λέγειν, πρὸς τοὺς δικαστὰς
ἔλεγεν, ὡς ἀποκτεῖναι μὲν Ἄνυτος καὶ Μέλιτος δύνανται,
βλάψαι δὲ οὐ δύνανται. Καὶ γὰρ ἡ τύχη δύναται νόσῳ
περιβαλεῖν, ἀφελέσθαι χρήματα, διαβαλεῖν πρὸς δῆ-
μον ἢ τύραννον· κακὸν δὲ καὶ δειλὸν, καὶ ταπεινόφρονα καὶ
ἀγεννῆ καὶ φθονερὸν οὐ δύναται ποιῆσαι τὸν ἀγαθὸν καὶ ἀν-
δρώδη, καὶ μεγαλόψυχον, οὐδὲ παρελέσθαι τὴν διάθεσιν,
ἧς ἀεὶ παρούσης, πλέον ἢ κυβερνήτου πρὸς θάλατταν F
ὄφελός ἐστι πρὸς τὸν βίον. Κυβερνήτῃ γὰρ οὔτε κῦμα
πραΰναι τραχὺ καὶ πνεῦμα δυνατόν ἐστιν, οὔτε ὅπη
βούλεται δεομένῳ λιμένος τυχεῖν, οὔτε θαρραλέως καὶ ἀτρέ-
μως ὑπομεῖναι τὸ συμβαῖνον· ἀλλ' ἕως οὐκ ἀπέγνωκε,
τῇ τέχνῃ χρώμενος φεύγει, μάλα λαῖφος ὑποστολίσας,

quam, opiniones, diſciplinæ, rationes in virtutem deſinentes, quæ aboleri et corrumpi nequeunt; proinde invicti quod ad futura attinet atque animoſi, fortunæ his verbis reſponſabimus, quæ Socrates viſus in Anytum et Melitum dicere, in ipſos torſit judices, *Interficere me Anytus et Melitus poſſunt, nocere mihi non poſſunt.* Poteſt enim fortuna me morbo aliquo gravare, opes auferre, in odium populi aut tyranni vocare: malum, timidum, animi abjecti, degenerem, invidum, non poteſt eum efficere, qui ſit bonus, fortis, magnanimus, neque animi habitum auferre eum, cujus ad vitam recte degendam uſus major eſt, perpetuo in promtu ſiti, quam gubernatoris adverſus mare. Quippe gubernator neque fluctus demitigare poteſt aſperos et violentum ventum, neque in portum ſubire quoties opus eſt, neque audacter et intrepide tempeſtatem ſubſiſtere: ſed quamdiu arte ſua utitur, rebus nondum deſperatis fugit, *Magnum* (ut poëtæ verbis utar) *velum demittens, dum malus in-*

Digitized by Google

ἔστι ἐνέρτερον ἰσὸν ἐρεβώδεος ἐκ θαλάττης ὑπέρσχῃ,
476 τρέμων κάθηται καὶ παλλόμενος. Ἡ δὲ τοῦ φρονίμου διάθεσις τοῖς τε σωματικοῖς παρέχει γαλήνην, ἐπὶ πλεῖστον ἐκλύουσα τὰς τῶν νόσων καταβολάς, ἐγκρατείᾳ καὶ διαίτῃ σώφρονι καὶ μετρίοις πόνοις· κἂν τις ἔξωθεν ἀρχὴ πάθους ὥσπερ διαδρομὴ γένηται σπιλάδος, εὐσταλεῖ καὶ κούφῃ κεραίᾳ παρήνεγκεν, ὥς φησιν Ἀσκληπιάδης· παραλόγου δέ τινος καὶ μεγάλου καταλαβόντος καὶ κρατήσαντος, ἐγγὺς ὁ λιμὴν, καὶ πάρεστιν ἀπονήξασθαι τοῦ σώματος, ὥσπερ ἐφολκίου μὴ στέγοντος.

ιη'. Τὸν μὲν γὰρ ἀνόητον ὁ τοῦ θανάτου φόβος, οὐχ ὁ
B τοῦ ζῆν πόθος ἐκκρέμασθαι τοῦ σώματος ποιεῖ, περιπεπλεγμένον, ὥσπερ τὸν Ὀδυσσέα, τῷ ἐρινεῷ, δεδοικότα τὴν Χάρυβδιν ὑποκειμένην,

Ἔνθ᾽ οὔτε μίμνειν ἄνεμος, οὔτε πλεῖν ἐᾷ·

καὶ πρὸς ταῦτα δυσαρέστως, καὶ πρὸς ἐκεῖνα περιδεῶς

F. 7. ἔστι—θαλάττης ὑπέρσχῃ] Niſi quid excidit, legam εἰ δὲ—θαλάττης μὴ ὑπέρσχῃ.

ſerior ſupra tartareum mare emergat, tremens ipſe et titubans. At enim affectio animi prudentis, cum ipſi corpori plerumque tranquillitatem conciliat, morborum occaſiones continentia, victu moderato, ac mediocribus laboribus avertens: tum ſi quod extrinſecus mali principium oſtenditur, veluti cum præter cautes aliquas in mari latentes eſt navigandum, contractis facile antennis prætervehitur, ut ait Aſclepiades: quod ſi vero inopinata aliqua et vehementior procella occupet, in propinquo eſt portus, licetque et enatare e corpore, tanquam ſcapha aquam admittente.

XVIII. Inſipientem enim mortis metus non vitæ deſiderium, jubet a corpore dependere, id amplexum, quomodo Ulyſſes caprificum tenuit metu ſubjectæ Charybdis,

Manere ubi ventus, navigare et ubi vetat,

et hoc inique ferentem, et illud metuentem. At qui ani-

Digitized by Google

ἔχοντα. Ὁ δὲ τὴν τῆς ψυχῆς φύσιν ἁμωσγέπως ἐπινοῶν, καὶ τὴν εἰς τὸ βέλτιον αὐτῆς, ἢ μηδὲν χεῖρον, ἐν τῇ τελευτῇ μεταβολὴν ἐπιλογιζόμενος, οὐ μικρὸν ἔχει τῆς πρὸς τὸν βίον εὐθυμίας ἐφόδιον, τὴν πρὸς τὸν θάνατον ἀφοβίαν. Ὧι γὰρ ἔξεστι τῆς μὲν ἀρετῆς καὶ οἰκείας μερίδος ἐπικρατούσης, ἡδέως ζῆν, τῶν δὲ ἀλλοτρίων καὶ παρὰ φύσιν ὑπερβαλλόντων ἀδεῶς ἀπελθεῖν, εἰπόντα, C

Λύσει μ' ὁ δαίμων αὐτὸς, ὅταν ἐγὼ θέλω·

τί ἂν τούτῳ χαλεπὸν ἢ δύσκολον ἢ ταραχῶδες ἐμπῖπτον ἐπινοήσαιμεν; Ὁ γοῦν εἰπὼν, Προκατείλημμαί σε, ὦ τύχη, καὶ πᾶσαν τὴν σὴν ἀφῄρημαι παρείσδυσιν, οὐ μοχλοῖς, οὐδὲ κλεισὶν, οὐδὲ τείχεσιν ἐθάρρυνεν ἑαυτὸν, ἀλλὰ δόγμασι καὶ λόγοις, ὧν πᾶσι μέτεστι τοῖς βουλομένοις. Καὶ δεῖ μηδὲν ἀπογινώσκειν, μηδὲ ἀπιστεῖν τῶν οὕτω λεγομένων, ἀλλὰ θαυμάζοντα καὶ ζηλοῦντα καὶ συνενθουσιῶντα, πεῖραν ἅμα λαμβάνειν ἑαυτοῦ, καὶ κατα-

B. 6. ἐπινοῶν] Sic D. Vulgo ἐννοῶν.

mæ naturam utcunque didicit, reputatque eam morte vel in meliorem, vel ſaltem nihilo pejorem ſtatum abire, is vacuitatem metus adverſus mortem, non exiguum habet ad tranquillitatem animi in vita viaticum. Nam cui licet virtute ac præſtantiore parte ſui prævalere, ſuaviter vivere, alienis autem et naturæ adverſa quæ ſint ſuperantibus intrepide abire, fato hæc,

Ipſe Deus, ſimul atque volam, me ſolvet:—

quid excogitari poteſt quæſo, quod huic grave, moleſtum, aut tumultum adferens poſſit accidere? Certe qui dixit, *Anteverti te, O fortuna, omneſque tibi ad me aditus obſtruxi*, non is vectibus, clavibus aut muris fidens hoc dixit, ſed doctrinæ et rationibus, quarum ſane qui volunt, participes fieri poſſunt. Neque de ullo talium dictorum deſperandum aut diffidendum eſt: ſed admiratione horum atque æmulatione, et quaſi divini cujuſdam inſtinctus ſocietate impulſi periculum de nobis fa-

Digitized by Google

νόησιν ἐν τοῖς ἐλάττοσι πρὸς τὰ μείζονα, μὴ φεύγοντα, μηδὲ ἀπωθοῦντα τῆς ψυχῆς τὴν ἐπιμέλειαν αὐτῆς,
D μηδὲ διαδιδράσκοντα, τάχα δὲ οὐδὲν ἔσται δυσχερέστερον. Ἀνίαν γὰρ ἐμποιεῖ καὶ μαλακίαν ἀγύμναστον ἡ περὶ τὸ ῥᾷστον ἀεὶ διατρίβουσα καὶ πρὸς τὸ ἥδιστον ἐκ τῶν ἀβουλήτων ἀναχωροῦσα γλυκυθυμία τῆς ψυχῆς. Ἡ δὲ καὶ νόσου καὶ πόνου καὶ φυγῆς μελετῶσα φαντασίαν ὑφίστασθαι καὶ προσβιαζομένη τῷ λογισμῷ πρὸς ἕκαστον, εὑρήσει πολὺ τὸ κατεψευσμένον καὶ διάκενον καὶ σαθρὸν ἐν τοῖς δοκοῦσι χαλεποῖς καὶ φοβεροῖς, ὡς ὁ καθ' ἕκαστον ἀποδείκνυσι λόγος.

ιθʹ. Καίτοι πολλοὶ καὶ τὸ τοῦ Μενάνδρου πεφρίκασιν,

Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα, τοῦτ' οὐ πείσομαι,

ἀγνοοῦντες ὅσον ἐστὶ πρὸς ἀλυπίαν ἀγαθὸν, τὸ μελετᾶν
E καὶ δύνασθαι πρὸς τὴν τύχην ἀνεῳγόσι τοῖς ὄμμασιν

D. 1. τάχα δὲ] Corruptus locus. Adhuc probo Mez. corrigentem διαδιδράσκοντα εἰς τὸ, τάχα δὲ—. Reddidi in Latinis.
D. 2. Ἀνίαν] Mez. ἄνοιαν. Reiſk. ἀτονίαν. Utrumque vulgato præſtat.

cere in minoribus rebus demum, quomodo ſimus ad majora affecti: non fugere aut averſari hanc animi accurationem; neque nos convertere ad iſtud dictum, *Forte nil hac re difficilius.* Etenim animi oblectatio ſubducens ſe a rerum adverſarum cogitatione, et circa facillima et ſuaviſſima identidem verſans, fatuitatem quandam et imperitam mollitiem ingenerat: qui vero morbi etiam, doloris, exſilii ſpeciem meditatur, ac rationis imperio ſe ad iſta ſuſtinenda componit animus, multa is inveniet falſa, inania, et putrida eſſe in his, quæ gravia vulgo ac terribilia videntur: id quod de ſingulis initæ rationes demonſtrant.

XIX. At multi etiam adhoc Menandreum expaveſcunt:

Dicere haud vivus poteſt quiſquam,
Hoc non obtinget mihi:

ſcilicet ignorantes quantum ſit ad vacuitatem doloris bonum, meditari ac poſſe adverſus fortunam apertis oculis reſpicere,

ἀντιβλέπειν, καὶ μὴ ποιεῖν ἐν αὑτῷ τὰς φαντασίας ἀτρίπτους καὶ ἁπαλάς, ὥσπερ ἐσκιατραφημένον πολλαῖς ἐλπίσιν ὑποχωρούσαις ἀεὶ καὶ πρὸς μηδὲν ἀντιτεινούσαις. Ἐκεῖνο μέντοι καὶ πρὸς τὸν Μένανδρον ἔχομεν εἰπεῖν,

Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα, τοῦτ' οὐ πείσομαι,

ἀλλ' ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα, Τοῦτο οὐ ποιήσω, Οὐ ψεύσομαι, Οὐ ῥᾳδιουργήσω, Οὐκ ἀποστερήσω, Οὐκ ἐπιβουλεύσω. F Τοῦτο γὰρ ἐφ' ἡμῖν κείμενον, οὐ μικρὸν ἀλλὰ μέγα πρὸς εὐθυμίαν πάρεστιν. Ὥσπερ αὖ τοὐναντίον

Ἡ σύνεσις, ὅτι σύνοιδα δείν' εἰργασμένος,

οἷον ἕλκος ἐν σαρκί, τῇ ψυχῇ τὴν μεταμέλειαν, αἱμάσσουσαν ἀεὶ καὶ νύσσουσαν, ἐναπολείπει. Τὰς μὲν γὰρ ἄλλας ἀναιρεῖ λύπας ὁ λόγος, τὴν δὲ μετάνοιαν αὐτὸς ἐργάζεται, δακνομένης σὺν αἰσχύνῃ τῆς ψυχῆς, καὶ κολαζομένης ὑφ' αὑτῆς. Ὡς γὰρ οἱ ῥιγοῦντες ἠπιάλοις

F. 4. δείν'] Sumſi a Moſc. 1. Euripidis eſt Oreſt. 396. Ergo diſtinxi a proſa oratione.

F. 8. δακνομένης—κολαζομένης] Sic D. Vulgo, vitioſe δακνομένου—κολαζομένου quod Stephano debetur, bonam lectionem non integram recipienti. Nam Ald. Baſ. Xyl. Moſc. 1. 2. Voſſ. Colleg. Nov. item Stob. p. 192. habent δακνομένην σὺν αἰσχύνῃ καὶ κολαζομένην, omiſſo τῆς ψυχῆς.

F. 9. ῥιγοῦντες ἠπιάλοις] Vulgo ῥιγοῦντες ἢ ἠπιάλοις. Delevi ἢ cum Moſc. 1. 2.

neque in ſeipſo imaginationes concipere delicatas, neque in umbra educatum imbibere ſpes multas ſubinde cedentes, nullique reluctantes adverſitati. Menandro quidem ſic poſſumus reſpondere,

Dicere haud vivus poteſt quiſquam,
Hoc non obtinget mibi.

atqui hoc licet dicere, *Vivus nunquam in me iſthuc admittam*, *Non mentiar*, *Non agam ſubdole*, *Non defraudabo*, *Non inſidiabor*. Hoc enim in noſtra ſitum eſt poteſtate, non parvum, ſed ingens ad animi tranquillitatem adjumentum. Contra male factorum

Conſcientia, quod conſcius ſum male factorum mibi,

veluti ulcus in carne, in animo pœnitentiam relinquit, pungentem ſubinde atque ſauciantem. Alios enim dolores ratio tollens, pœnitentiam ſolam efficit, a ſeſe ob pudorem morſibus crebris vexatam et pœnas dantem. Ac quemad-

Digitized by Google

477 καὶ πυρετοῖς διακαόμενοι τῶν ταῦτα πασχόντων ἔξωθεν
ὑπὸ καύματος ἢ κρύους μᾶλλον ἐνοχλοῦνται καὶ χεῖρον
ἔχουσιν, οὕτως ἐλαφροτέρας ἔχει τὰ τυχηρὰ τὰς λύπας
ὥσπερ ἔξωθεν ἐπιφερομένας· τὸ δέ,

Οὔ τις ἐμοὶ τῶν ἄλλων ἐπαίτιος, ἀλλ' ἐγὼ αὐτός,

ἐπιθρηνούμενον τοῖς ἁμαρτανομένοις ἔνδοθεν ἐξ αὐτοῦ, βα-
ρύτερον ποιεῖ τῷ αἰσχρῷ τὸ ἀλγεινόν. Ὅθεν οὔτε οἰκία
πολυτελὴς, οὔτε χρυσίου πλῆθος, οὔτε ἀξίωμα γένους, οὔτε
μέγεθος ἀρχῆς, οὐ λόγου χάρις, οὐ δεινότης εὐδίαν παρ-
έχει βίῳ καὶ γαλήνην τοσαύτην, ὅσην ψυχὴ καθαρεύ-
B ουσα πραγμάτων καὶ βουλευμάτων πονηρῶν, καὶ τὴν τοῦ
βίου πηγὴν τὸ ἦθος ἀτάραχον ἔχουσα καὶ ἀμίαντον·
ἀφ' ἧς αἱ καλαὶ πράξεις ῥέουσαι, καὶ τὴν ἐνέργειαν ἐνθου-
σιώδη καὶ ἱλαρὰν μετὰ τοῦ μέγα φρονεῖν ἔχουσι, καὶ τὴν
μνήμην ἡδίονα καὶ βεβαιοτέραν τῆς Πινδαρικῆς γηροτρόφου
ἐλπίδος. Οὐ γὰρ αἱ μὲν λιβανωτρίδες, ὡς ἔλεγε

modum qui rigent epialis febribuſve æſtuant, graviorem ſentiunt moleſtiam, ac deterius afficiuntur, quam quibus eadem extrinſecus ab æſtu aut gelu accidunt: ita fortuita leviores inferunt dolores, tanquam ab externis illatos: at vero hoc,

Horum non alius, mihi ſum cauſa ipſe, malorum.

qui ſuis delictis intus cum luctu accinit, is dolorem turpitudine aggravat. Quo fit, ut neque pretioſa domus, neque auri copia, neque generis dignitas, neque magiſtratus amplitudo, neque facundia aut eloquentia tantam vitæ ſerenitatem tranquillitatemque præſtet, quantam animus actionum conſiliorumque pravorum purus, ingeniumque, qui vitæ actionum hic eſt fons, perturbationis expers, intaminatumque: unde promanant honeſtæ actiones, efficacitatemque quaſi divino inſtinctu exagitatam hilaremque, et cum animi honeſta elatione conjunctam habent, memoriamque dulciorem et ſtabiliorem Pindarica illa ſpe, quam is *alumnam ſenum* dixit. Non e-

Digitized by Google

Καρνεάδης, κἂν ἀποκενωθῶσι, τὴν εὐωδίαν ἐπὶ πολὺν
χρόνον ἀναφέρουσιν· ἐν δὲ τῇ ψυχῇ τοῦ νοῦν ἔχοντος αἱ
καλαὶ πράξεις οὐκ ἀεὶ κεχαρισμένην καὶ πρόσφατον
ἐναπολείπουσι τὴν ἐπίνοιαν, ὑφ' ἧς τὸ χαίρειν ἄρδεται καὶ
τέθηλε, καὶ καταφρονεῖ τῶν ὀδυρομένων καὶ λοιδορούντων τὸν C
βίον, ὡς τινα κακῶν χώραν, ἢ φυγαδικὸν τόπον ἐνταῦθα
ταῖς ψυχαῖς ἀποδεδειγμένον.

κ'. Ἄγαμαι δὲ καὶ τοῦ Διογένους, ὃς τὸν ἐν Λακε-
δαίμονι ξένον ὁρῶν παρασκευαζόμενον εἰς ἑορτήν τινα καὶ
φιλοτιμούμενον, " Ἀνὴρ δὲ, εἶπεν, ἀγαθὸς οὐ πᾶσαν
" ἡμέραν ἑορτὴν ἡγεῖται; Καὶ πάνυ γε λαμπρὰν, εἰ
σωφρονοῦμεν. Ἱερὸν μὲν γὰρ ἁγιώτατον, ὁ κόσμος ἐστὶ
καὶ θεοπρεπέστατον· εἰς δὲ τοῦτον ὁ ἄνθρωπος εἰσάγεται
διὰ τῆς γενέσεως, οὐ χειροκμήτων οὐδὲ ἀκινήτων ἀγαλ-
μάτων θεατὴς, ἀλλ' οἷα νοῦς θεῖος αἰσθητὰ νοητῶν μιμή- D
ματα, φησὶν ὁ Πλάτων, ἔμφυτον ἀρχὴν ζωῆς ἔχοντα καὶ
κινήσεως ἔφηνεν, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἄστρα καὶ ποταμοὺς

nim roris quidem marini frutices, ut Carneades teſtatur, etiam exciſi diu fragrantiam ſuam ſervant: in anima autem viri prudentis actiones pulchræ non ſemper gratam recentemque ſui relinquunt memoriam, quibus lætitia rigatur, floretque, et contemnit eos qui deplorant vituperantque hanc vitam, veluti quandam malorum regionem, aut locum exſilii animis in hoc mundo deſignatum.

XX. Perquam mihi placet illud Diogenis dictum, qui hoſpitem Lacedæmone videns parare ſe magno ſtudio ad quandam feſtivitatem, *Quid?* aiebat, *an non vir probus quemvis diem feſtum cenſet?* et quidem, ſi ſobrie vivimus, admodum illuſtrem. Eſt enim ſanctiſſimum templum ac diviniſſimum hic mundus: in hunc inducitur homo cum naſcitur, non manu factorum et immobilium ſpectator futurus ſimulachrorum, ſed earum, quas mens divina ſenſiles mente ſola cernendorum effigies, in ſe inſitam vitæ motuſque habentes facultatem, fabricata eſt, Solem, inquam, Lunam,

νέον ὕδωρ ἐξιέντας ἀεί, καὶ γῆν φυτοῖς τε καὶ ζώοις τρο-
φὰς ἀναπέμπουσαν. Ὧν τὸν βίον μύησιν ὄντα καὶ τελε-
τὴν τελειοτάτην, εὐθυμίας δεῖ μεστὸν εἶναι καὶ γήθους·
οὐχ ὥσπερ οἱ πολλοὶ Κρόνια καὶ Διονύσια καὶ Παναθήναια
καὶ τοιαύτας ἄλλας ἡμέρας περιμένουσιν, ἵν' ἡσθῶσι καὶ
ἀναπνεύσωσιν ὠνητὸν γέλωτα, μίμοις καὶ ὀρχησταῖς μισ-
θοὺς τελέσαντες. Εἶτα ἐκεῖ μὲν εὔφημοι καθήμεθα κοσ-
E μίως· οὐδεὶς γὰρ ὀδύρεται μυούμενος, οὐδὲ θρηνεῖ Πύ-
θια θεώμενος, ἢ πίνων ἐν Κρονίοις· ἃς δὲ ὁ θεὸς ἑορ-
τὰς ἡμῖν χορηγεῖ καὶ μυσταγωγεῖ, καταισχύνουσιν, ἐν ὀδυρ-
μοῖς τὰ πολλὰ καὶ βαρυθυμίαις καὶ μερίμναις ἐπιπό-
νοις διατρίβοντες. Καὶ τῶν μὲν ὀργάνων, χαίρουσι τοῖς
ἐπιτερπὲς ἠχοῦσι, καὶ τῶν ὀρνέων τοῖς ᾄδουσι, καὶ τὰ

D. 6. εὐθυμίας] Nolui mutare, nec proximum εὔφημοι hic poſtulat εὐφημίας quod complures habent libri: Moſc. 2. Colleg. Nov. Collat. Muret. Schott. Mez. At Ald. dubitanter εὐφθημίας.

D. 9. ἀναπνεύσωσιν] Non placet. Nec codices ſatisfaciunt; quorum D. ἀναπέμπωσι: Colleg. Nov. ἀνασπεύσωσι. Melius ſit corrigere ἀναπνεύσωσιν, ὠνητοῦ γέλωτος μίμοις κ. ο. μ. τ.

D. 10. εὔφημοι] Revocavi ex Ald. Baſ. Xyl. Moſc. 1. 2. Voſſ. Colleg. Nov. Mez. ut magis diſputationi congruens vulgato εὔθυμοι.

E. 2. πίνων] Recepi ex Baſ. Xyl. Vulgo πεινῶν.

ſidera, fluvios novam ſubinde aquam edentes, terram ſtirpibus animalibuſque alimenta ſubmittentem. Quorum ſacrorum initiatio atque inſtitutio perfectiſſima cum ſit vita, profecto par eſt eam tranquillitatis animi ac lætitiæ eſſe plenam. Nam vulgus hominum imitari minime debemus, qui Saturnalia, Liberalia, ac Panathenæa aliaſque harum ſimiles præſtolantur feſtivitates, ut ibi oblectentur, ſeque emtitio riſu recreent, perſoluta mimis et hiſtrionibus mercede. Quid? Sedemus ibi ſilentes et compoſiti: nemo enim lamentatur, dum ſacris initiatur, neque ſpectans Pythia luget, aut Saturnalibus potans: quas vero nobis deus ferias ſuppeditat, et ad quæ nos ſacra deducit, fœdant homines vulgo, majorem vitæ partem in lamentis, mœrore, ac laborioſis ſolicitudinibus exigentes. Delectantur inſtrumentis ſonitum belle ac ſuaviter reddentibus, cantu avicularum itidem et

Digitized by Google

παίζοντα καὶ σκιρτῶντα τῶν ζώων, ἡδέως ὁρῶσι· καὶ τ
αντίον ὠρυομένοις καὶ βρυχωμένοις καὶ σκυθρωπάζουσιν ἀ
ται· τὸν δὲ ἑαυτῶν βίον, ἀμειδῆ καὶ κατηφῆ καὶ
ἀτερπεστάτοις πάθεσι καὶ πράγμασι καὶ φροντίσι μ
πέρας ἐχούσαις, πιεζόμενον αἰεὶ καὶ συνθλιβόμενον ὁ
τες, οὐχ ὅπως αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἀναπνοήν τινα καὶ ῥᾳσ
πορίζουσι· πόθεν; ἀλλ' οὐδὲ ἑτέρων παρακελευόντων π
δέχονται λόγον, ᾧ χρώμενοι, καὶ τοῖς παροῦσιν ἀμέμπτως
οίσουσι, καὶ τῶν γεγονότων εὐχαρίστως μνημονεύσουσι,
πρὸς τὸ λοιπὸν ἵλεω τὴν ἐλπίδα καὶ φαιδρὰν ἔχο
ἀδεῶς καὶ ἀνυπόπτως προσάξουσι.

V. 4. πορίζουσι· πόθεν;] Sic dedi, ſecutus codicem D: nam reliqui omnes vehementer turbant. Vulgo, πορίζειν, οὐκ ἔχουσι πόθεν.
V. 8. προσάξουσι] Mez. πράξουσι.

non ſine voluptate ſpectant beſtias ludentes atque exſultantes: contra rugitibus earum, fremitibus et adſpectu tetrico offenduntur. Suam vero ipſorum vitam riſus expertem, mœſtam, injucundiſſimiſque affectibus, rebus et curis nullum exitum habentibus atteri atque elidi videntes, non ipſi tantum nullam ſibi reſpirationem aut allevationem alicunde quærere negligunt? ſed ne ſociorum quidem admonentium orationes admittunt: quas niſi repudiarent, et præſentia citra vituperationem ferre poſſent utique, et præterita grato animo recolere, et in poſterum ſpe bona ac benigna uſi, abſque metu et ſiniſtra de vitæ ſuæ conditionibus ſuſpicione vivere.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΦΙΛΑΔΕΛΦΙΑΣ.

Digitized by Google

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΦΙΛΑΔΕΛΦΙΑΣ.

PLUTARCHI

DE

FRATERNO AMORE.

α΄. ΤΑ παλαιὰ τῶν Διοσκούρων ἀφιδρύματα οἱ Σπαρ-
τιᾶται δόκανα καλοῦσιν· ἔστι δὲ δύο ξύλα πα-
B ράλληλα δυσὶ πλαγίοις ἐπεζευγμένα, καὶ δοκεῖ τῷ φιλ-
αδέλφῳ τῶν θεῶν οἰκεῖον εἶναι τοῦ ἀναθήματος τὸ κοινὸν
καὶ ἀδιαίρετον. Οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς ὑμῖν, ὦ Νιγρῖνε καὶ
Κυῖντε, τὸ σύγγραμμα τοῦτο περὶ Φιλαδελφίας ἀνατί-

I. VETUSTA Caſtorum ſimulachra Spartani Docana, (quaſi trabalia,) appellant: ſunt autem duo ligna æqualiter invicem diſtantia, duobus aliis tranſverſis conjuncta: ac videtur communitas individua ejus ſigilli admodum convenire fraterno Deorum iſtorum inter ſe amori. Horum ego imitatione vobis, Nigrine et Quinte, ſcriptum

Digitized by Google

θημι, κοινὸν ἀξίοις οὖσι δῶρον. Ἐφ' ἃ γὰρ προτρέπε-
ται, ταῦτα πράττοντες ἤδη, μαρτυρεῖσθαι μᾶλλον ἢ
παρακαλεῖσθαι δόξετε· καὶ τὸ χαίρειν ὑμᾶς ἐφ' οἷς κατ-
ορθοῦτε, ποιήσει τῇ κρίσει τὴν ἐπιμονὴν βεβαιοτέραν ὥσ-
περ ἐν χρηστοῖς καὶ φιλοκάλοις θεαταῖς εὐημεροῦντα.
Ἀρίσταρχος μὲν οὖν ὁ Θεοδέκτου πατὴρ, ἐπισκώπτων τὸ C
πλῆθος τῶν σοφιστῶν, ἔλεγε πάλαι μὲν ἑπτὰ σοφιστὰς
μόλις γενέσθαι, τότε δὲ μὴ ῥᾳδίως ἂν ἰδιώτας τοσούτους
εὑρεθῆναι. Ἐγὼ δὲ ὁρῶ καθ' ἡμᾶς τὴν φιλαδελφίαν
οὕτω σπάνιον οὖσαν, ὡς τὴν μισαδελφίαν ἐπὶ τῶν πα-
λαιῶν, ἧς γε τὰ φανέντα παραδείγματα, τραγῳδίαις καὶ
θεάτροις ὁ βίος ἐξέδωκε, διὰ τὸ παράδοξον· οἱ δὲ νῦν
ἄνθρωποι πάντες ὅταν ἐντυγχάνωσι χρηστοῖς ἀδελφοῖς,
θαυμάζουσιν οὐδὲν ἧττον ἢ τοὺς Μολιονίδας ἐκείνους, συμ-
φυεῖς τοῖς σώμασι γεγονέναι δοκοῦντας· καὶ τὸ χρῆσθαι
κοινῶς τοῖς πατρῴοις χρήμασι καὶ φίλοις καὶ δούλοις,
οὕτως ἄπιστον ἡγοῦνται καὶ τερατῶδες, ὡς τὸ χρῆσθαι μι-

hoc dedico, dignum vobis donum. Nam ad quæ libellus cohortatur, ea vos jam agentes, teſtimonio potius ornari, quam officii admoneri videbimini, gaudiumque e rectis perceptum actionibus judicio permanſionem faciet ſtabiliorem, cum probare vos facta veſtra bonis et honeſti ſtudioſis ſpectatoribus cernatis. Ariſtarchus, Theodectæ pater, in ſophiſtarum multitudinem illudens, olim ægre ſeptem ſophiſtas inventos dicebat, nunc autem vix totidem reperiri, qui ſe non profiteantur litteratos. Ego autem noſtra ætate non minus raram fratrum amicitiam video eſſe, quam fuerunt quondam odia fratrum: quorum exempla ob abſurditatem tragœdiis ac theatris ſunt publicata: omnes adeo homines hodie ſi in fratres incidant probos, haud aliter eos admirantur, atque Molionidas illos, quorum corpora in unum coaluiſſe exiſtimatum fuit: uſumque communem opum, amicorum, et ſervorum a parentibus acceptorum, non minus incredibilem et monſtroſum putant,

Digitized by Google

ἂν ψυχὴν δυεῖν σωμάτων χερσὶ καὶ ποσὶ καὶ ὀφθαλμοῖς.

β'. Καίτοι τὸ παράδειγμα τῆς χρήσεως τῶν ἀδελφῶν, ἡ φύσις οὐ μακρὰν ἔθηκεν, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ σώματι τὰ πλεῖστα τῶν ἀναγκαίων διττὰ καὶ ἀδελφὰ καὶ δίδυμα μηχανησαμένη, χεῖρας, πόδας, ὄμματα, ὦτα, ῥῖνας, ἐδίδαξεν ὅτι ταῦτα πάντα σωτηρίας ἕνεκα καὶ συμπράξεως κοινῆς, οὐ διαφορᾶς καὶ μάχης, οὕτω διέστησεν· αὐτάς τε τὰς χεῖρας εἰς πολλοὺς καὶ ἀνίσους δακτύλους σχίσασα, πάντων ὀργάνων ἐμμελέστατα καὶ τεχνικώτατα παρέσχεν· ὥστε Ἀναξαγόραν τὸν παλαιὸν ἐν ταῖς
E χερσὶ τὴν αἰτίαν τίθεσθαι τῆς ἀνθρωπίνης σοφίας καὶ συνέσεως. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἔοικεν ἀληθὲς εἶναι τοὐναντίον· οὐ γὰρ ὅτι χεῖρας ἔσχεν ἄνθρωπος, σοφώτατον· ἀλλ' ὅτι φύσει λογικὸν, ἦν καὶ τεχνικὸν, ὀργάνων φύσει τοιούτων ἔτυχεν. Ἐκεῖνο δὲ παντὶ δῆλον ὡς ἀπὸ σπέρματος ἑνὸς καὶ μιᾶς ἀρχῆς ἡ φύσις ἀδελφοὺς δύο καὶ τρεῖς καὶ πλείονας ἐποίησεν, οὐ πρὸς διαφορὰν καὶ ἀντίταξιν, ἀλλ' ὅπως

quam ſi una anima duorum corporum manus, pedes, oculoſque regeret.

II. Atqui exemplum uſus fraterni natura non longe a conſpectu removit: ſed in ipſo corpore pleraque neceſſaria fecit duplicia, germana, et gemella, manus, pedes, oculos, aures, nares: eo ſignificans, omnia hæc ſalutis et mutui auxilii, non diſſidii cauſa et pugnæ ſic eſſe diviſa: ipſaſque manus in multos atque inæquales ſciſſas digitos omnium inſtrumentorum accuratiſſime et artificioſiſſime paravit; adeo ut Anaxagoras ille priſcus humanæ ſapientiæ cauſam manibus imputaverit; falſo quidem hoc. Non enim propter manus homo eſt ſapientiſſimus: ſed quia natura eum ratione et arte prædiderat, inſtrumenta quoque talia eſt nactus. Id vero omnibus eſt manifeſtum, naturam ex uno ſemine ac principio duos, tres, aut etiam plures fratres gignere, non diſcordiæ ac repug-

Digitized by Google

χωρὶς ὄντες, ἀλλήλοις μᾶλλον συνεργῶσιν. Οἱ γὰρ δὴ F τρισώματοι καὶ ἑκατοντάχειρες, εἴπερ ἐγένοντο, συμφυεῖς ὄντες πᾶσι τοῖς μέρεσιν, οὐθὲν ἐκτὸς αὐτῶν οὐδὲ χωρὶς ἐδύναντο ποιεῖν· ὃ τοῖς ἀδελφοῖς ὑπάρχει, καὶ μένειν καὶ ἀποδημεῖν ἅμα, καὶ πολιτεύεσθαι, καὶ γεωργεῖν δυναμένοις δι' ἀλλήλων· ἂν περ ἣν ἡ φύσις ἔδωκεν εὐνοίας καὶ συμφωνίας ἀρχὴν φυλάττωσιν· εἰ δὲ μή, ποδῶν οὐθέν, οἶμαι, διοίσουσιν ἀλλήλους ὑποσκελιζόντων, καὶ δακτύλων ἐμπλεκομένων καὶ διαστρεφομένων παρὰ φύσιν ὑπ' ἀλλήλων. Μᾶλλον δέ, ὥσπερ ἐν ταὐτῷ σώματι μιᾶς κοινωνοῦντα φύσεως καὶ τροφῆς τὰ ὑγρὰ καὶ ξηρὰ, καὶ ψυ- 479
χρὰ καὶ θερμὰ, τῇ ὁμονοίᾳ καὶ συμφωνίᾳ τὴν ἀρίστην καὶ ἡδίστην κρᾶσιν ἐμποιεῖ καὶ ἁρμονίαν, ἧς χωρὶς οὔτε πλούτου, φασίν, οὔτε τᾶς ἰσοδαίμονος ἀνθρώποις βασιληΐδος ἀρχᾶς εἶναί τινα χάριν καὶ ὄνησιν· ἂν δὲ πλεονεξία καὶ στάσις αὐτοῖς ἐγγένηται, διέφθειρεν αἴσχιστα καὶ συνέχεε τὸ ζῶον· οὕτως ἀδελφῶν ὁμοφροσύνῃ καὶ γένος καὶ οἶκος

nantiæ cauſa, ſed ut ſeparati facilius ſeſe mutuo adjuvarent. Quippe tricorpores illi et centimani, ſiquidem exiſterunt, omnibus inter ſe membris concreti, nihil foris aut ſeorſim agere potuerunt; cum fratres et manere, et peregrinari, et ſimul rempublicam gerere, atque agros colere mutuis operis poſſint; ſiquidem principium benevolentiæ ac concordiæ a natura inditum conſervent: quod ſi non faciunt, nihil differunt a pedibus invicem ſe ſupplantantibus, opinor, aut digitis contra naturam mutuo ſe implicantibus ac diſtorquentibus. Immo ſicut in uno eodemque corpore unius communicatione naturæ atque alimenti humida et ſicca, frigida et calida, concentu conſenſuque ſuo temperiem corpori optimam ſuaviſſimamque conciliant, *ſine qua neque divitiæ*, ut dicitur, *neque regnum quod homines diis æquat*, ullam habent gratiam aut utilitatem: ſi autem inter iſta oboriatur ſeditio, altero alterum opprimente, fœdiſſime animal corrumpitur atque perditur: ſic ob

ὑγιαίνει καὶ τέθηλε, καὶ φίλοι καὶ συνήθεις, ὥσπερ ἐμμελὴς
χορὸς, οὐθὲν οὔτε πράττουσιν ἐναντίον, οὔτε λέγουσιν, οὔτε
φρονοῦσιν·

Ἐν δὲ διχοστασίῃ, καὶ ὁ πάγκακος ἔμμορε τιμῆς·

οἰκέτης διάβολος, ἢ κόλαξ παρενδὺς θυραῖος, ἢ πο-
B λίτης βάσκανος. Ὡς γὰρ αἱ νόσοι τοῖς σώμασι μὴ
προσιεμένοις τὸ οἰκεῖον, πολλῶν ἐμποιοῦσιν ἀτόπων καὶ
βλαβερῶν ὀρέξεις· οὕτως ἡ πρὸς τὸ συγγενὲς διαβολὴ
καὶ ὑφόρασις, ὁμιλίας ἐπάγεται φαύλας καὶ πονηρὰς εἰς
τὸ ἐλλιπὲς ἔξωθεν ἐπιῤῥεούσας.

γ'. Ὁ μὲν οὖν Ἀρκαδικὸς μάντις ἀναγκαίως πόδα
ξύλινον προσεποιήσατο, καθ' Ἡρόδοτον, τοῦ οἰκείου στερη-
θείς· ἀδελφὸς δὲ πολεμῶν ἀδελφῷ, καὶ κτώμενος ὀθνεῖον
ἐξ ἀγορᾶς ἢ παλαίστρας ἑταῖρον, οὐθὲν ἔοικεν ἄλλο ποιεῖν
ἢ σάρκινον καὶ συμφυὲς ἑκουσίως ἀποκόψας μέρος, ἀλλό-
τριον προστίθεσθαι καὶ προσαρμόττειν. Αὐτὴ γὰρ ἡ

A. 9. οὔτε φρονοῦσιν] Sic A. Vulgo, ἢ φρονοῦσιν.
B. 8. ὀθνεῖον] Schott. ὤνιον.
B. 10. μέρος] D. μέλος.

fratrum concordiam, et genus floret, et viget familia, et amici familiareſque inſtar chori ſcite inſtituti, nihil neque dicunt contrarium, neque ſentiunt aut faciunt,

At per diſſidium vel peſſimus eſt in honore:

ſcilicet obrepente aut calumniatore ſervo, aut adulatore extrinſeco, aut cive invido. Sicut enim morbi corporibus ſuum averſantibus alimentum multorum abſurdorum ac damnoſorum ingenerant appetitionem: ſic ſiniſtræ de cognatis ſuſpiciones, conſuetudinem malorum hominum adſciſcunt, extrinſecus in locum ejus quod deeſt affluentem.

III. Arcadicus ille apud Herodotum vates, ſuo pede ſpoliatus neceſſe habuit ligneum aſſumere: frater autem, ob diffidium cum fratre, alienum e foro aut palæſtra ſibi ſocium arceſſens, nihil videtur agere aliud, quam carneam et ſecum natam partem corporis ultro amputans alienam apponere ſibi. Ipſe enim uſus

Digitized by Google

προσδεχομένη καὶ ζητοῦσα φιλίαν καὶ ὁμιλίαν χρείᾳ, δι- C
δάσκει τὸ συγγενὲς τιμᾶν καὶ περιέπειν καὶ διαφυλάττειν, ὡς ἀφίλους καὶ ἀμίκτους καὶ μονοτρόπους ζῆν μὴ δυναμένους, μηδὲ πεφυκότας. Ὅθεν ὁ Μένανδρος ὀρθῶς,

Οὐκ ἐκ πότων καὶ τῆς καθ' ἡμέραν τρυφῆς
Ζητοῦμεν ᾧ πιστεύσομεν τὰ τοῦ βίου, (φησὶ)
Πάτερ· οὐ περιττὸν οἴετ' ἐξευρηκέναι
Ἀγαθὸν ἕκαστος, ἐὰν ἔχῃ φίλου σκιάν.

Σκιαὶ γάρ εἰσιν ὄντως, αἱ πολλαὶ φιλίαι καὶ μιμήματα
καὶ εἴδωλα τῆς πρώτης ἐκείνης, ἣν παισί τε πρὸς γο- D
νεῖς ἡ φύσις, ἀδελφοῖς τε πρὸς ἀδελφοὺς ἐμπεποίηκε· κἀκείνην ὁ μὴ σεβόμενος μηδὲ τιμῶν, ἆρα τινα πίστιν εὐνοίας τοῖς ἀλλοτρίοις δίδωσιν; ἢ ποῖός τις ἐστὶ, τὸν ἑταῖρον ἐν φιλοφροσύναις καὶ γράμμασιν ἀδελφὸν προσαγορεύων, τῷ δ' ἀδελφῷ μηδὲ τὴν αὐτὴν ὁδὸν οἰόμενος δεῖν βαδίζειν; Ὡς γὰρ εἰκόνα κοσμεῖν ἀδελφοῦ, τὸ δὲ σῶμα τύπτειν καὶ ἀκρωτηριάζειν μανικὸν, οὕτως τοὔνομα σέβεσθαι καὶ τιμᾶν ἐν ἑτέροις, αὐτὸν δὲ μισεῖν καὶ φεύγειν, οὐχ

D. 3. τίνα πίστιν] Sic D. Vulgo, τίνι πίστιν.

amicitiam conſuetudinemque admittens ac deſiderans, docet cognatos eſſe honorandos, colendos, atque conſervandos; cum neque poſſimus, neque natura nos noſtra ſinat vivere ſine amicis, atque commerciis ſolitarios. Itaque recte ille apud Menandrum,

Non pocula et quotidianus luxus, pater,
Noſtras parant queis reſpoſſimus credere.
Ingens profecto ſe inveniſſe putat bonum,
Adeptus umbram amici noſtrum quiſquis eſt.

Re vera enim pleræque amicitiæ nihil aliud ſunt quam umbræ et imagines illius primæ, quam natura liberis erga parentes, fratribuſque adverſum fratres ingenuit: quam qui non veneratur et colit, an is fidem facit ullam ſe aliis eſſe benevolum? aut qualis tibi videtur, qui ſocio in ſalutatione ac litteris nomen fratris tribuens, ne eadem quidem via cum fratre ſibi ambulandum putat? Ut enim furioſum eſt, ſimulachrum ornare fratris, corpus ejus pulſare et mutilare: ſic nomen fratris in aliis venerari et colere, ipſum fratrem odiſſe et fugere, pa-

Digitized by Google

ὑγιαίνοντός ἐστιν, οὐδ' ἐν νῷ πώποτε τὴν φύσιν, ὡς ἁγιώ-
E τατον καὶ μέγιστον ἱερόν, λαβόντος.

δ'. Οἶδα γοῦν ἐμαυτὸν ἐν Ῥώμῃ δυεῖν ἀδελφῶν ἀναδεξάμενον δίαιταν, ὧν ἅτερος ἐδόκει φιλοσοφεῖν· ἦν δέ, ὡς ἔοικεν, οὐ μόνον ἀδελφὸς ἀλλὰ καὶ φιλόσοφος ψευδεπίγραφος καὶ ψευδώνυμος· ἐμοῦ γὰρ ἀξιοῦντος αὐτὸν ὡς ἀδελφῷ καὶ ἰδιώτῃ φιλόσοφον προσφέρεσθαι, Ταῦτα, εἶπεν, ὡς πρὸς ἰδιώτην ἀληθῶς· ἐγὼ δέ, οὐ σεμνὸν οὐδὲ μέγα ποιοῦμαι τὸ ἐκ τῶν αὐτῶν μορίων γεγονέναι. Σὺ μέν, ἔφην ἐγώ, δῆλος εἶ μηδὲ τὸ ἐκ μορίων γεγονέναι,
F μέγα καὶ σεμνὸν ἡγούμενος. Ἀλλ' οἵ γε πάντες ἄλλοι, εἰ καὶ μὴ φρονοῦσιν οὕτως, λέγουσι γοῦν καὶ ᾄδουσιν, ὡς γονεῦσι τιμὴν μετὰ θεοὺς πρώτην καὶ μεγίστην ἥ τε φύσις, ὅ, τε τὴν φύσιν σώζων νόμος ἀπέδωκε· καὶ οὐκ ἔστιν ὅτι μᾶλλον ἄνθρωποι κεχαρισμένον θεοῖς δρῶσιν, ἢ τοκεῦσιν αὐτῶν καὶ τροφεῦσι παλαιὰς ἐπὶ νέαις δανεισθείσας χάριτας εὐμενῶς

E. 9. μηδὲ τὸ ἐκ μορίων] Sic omnes libri Ald. Baſ. Xyl. A.C.D. Moſc. 1. 2. Vulgo vitioſe, μηδὲ τὸ ἐκ τῶν αὐτῶν μορίων: quod Steph. ex Schott. recepit.

rum ſani eſt, et ejus qui nondum in animum induxerit naturam ſanctiſſimum eſſe ac maximum ſacrum.

IV. Memini me cum Romæ eſſem, arbitrium inter duos fratres ſuſcepiſſe, quorum alter videbatur philoſophiæ operam navare: erat autem, ut res docuit, non fratris modo, ſed etiam philoſophi falſo titulo ornatus: me enim petente, ut cum fratre et indocto ita ageret, ſicut philoſophum deceret, *Hæc*, aiebat, *tu vere ad rudem litterarum hominem diceres: ego autem nihil puto præclari eſſe in eo, quod eodem ex utero nati ſumus. Tu vero*, dicebam ego, *ſatis oſtendis, ne id quidem magni abs te fieri, quod ex genitalibus natus es.* At vero reliqui omnes, etiam ſi ſecus ſentiant, tamen hoc dicunt atque canunt, primum, ſecundum Deos, honorem ac præcipuum parentibus naturam, et legem naturæ deſtinaſſe: neque Diis quicquam gratius homines facere, quam ſi parentibus altoribuſque ſuis veteres ſuper novis fœneratas

καὶ προθύμως ἐκτίνοντες. Οὐδ᾽ αὖ πάλιν μείζων ἐπίδειξις ἀθέου γέγονε τῆς περὶ γονεῖς ὀλιγωρίας καὶ πλημμελείας. Διὸ τοὺς μὲν ἄλλους κακῶς ποιεῖν ἀπείρηται· μητρὶ δ᾽ αὐτοῦ καὶ πατρὶ τὸ μὴ παρέχειν ἑαυτοὺς δρῶντας ἀεὶ καὶ λέγοντας ἀφ᾽ ὧν εὐφραίνονται, κἂν μὴ προσῇ τὸ λυπεῖν, ἀνόσιον ἡγοῦνται καὶ ἄθεσμον. Τίς οὖν ἐστι παρὰ παίδων γονεῦσιν ἢ πρᾶξις ἢ χάρις ἢ διάθεσις μᾶλλον εὐφραίνειν δυναμένη, τῆς πρὸς ἀδελφὸν εὐνοίας βεβαίου καὶ φιλίας;

ε΄. Καὶ τοῦτό γε ῥᾴδιόν ἐστιν ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων καταμαθεῖν. Ὅπου γὰρ οἰκότριβα τιμώμενον ὑπὸ πατρὸς ἢ μητρὸς υἱοὶ προπηλακίζοντες, καὶ φυτῶν καὶ χωρίων οἷς ἔχαιρον ἀμελοῦντες, ἀνιῶσιν αὐτούς, καὶ κύων τις οἰκογενὴς παρορώμενος καὶ ἵππος ἅπτεται φιλοστόργων καὶ φιλοτίμων γερόντων, ἄχθονται δὲ τοῖς παισὶν ἀκροάματα καὶ θεάματα καὶ ἀθλητὰς οὓς ἐθαύμαζον αὐτοὶ διασύρουσι καὶ καταφρονοῦσιν· ἦπου μετρίως ἔχουσιν υἱοῖς δια-

gratias benigne et alacriter perſolvant. Neque, contra, majus eſt argumentum impietatis quam parentum deſpicatus et in eos injuria. Itaque interdictum eſt nobis, ne aliis male faciamus; matri autem et patri non ita ſe dare, ut ſemper ea dicas atque agas quibus lætantur, etiam ſi moleſtiam præterea nullam afferas, impium injuſtumque habetur. Quæ autem liberorum actio, quod officium, quæ affectio majorem parentibus afferat lætitiam, quam conſtans fratrum inter ſe benevolentia atque amor?

V. Quid? nonne id facile e contrario poteſt perſpici? Ubi enim vernam pater et mater a ſe in honore habitum filiis ignominia afficientibus, aut plantas et agros quibus ipſi gaudebant aliquando negligentibus moleſtiam capiunt, domique natus canis aliquis aut equus non curatus ſenum humanorum atque liberalium animos tangit, et ægre ferunt a liberis cantus, ſpectacula, aut athletas quos probaverant ipſi, deſpici aut exſibilari; æquone iidem ferre animo poſſint

φερομένοις καὶ μισοῦσιν ἀλλήλους καὶ κακῶς λέγουσι, καὶ πρὸς ἔργα καὶ πράξεις ἀντιπαττομένοις ἀεί, καὶ καταλυομένοις ὑπ' ἀλλήλων; οὐκ ἂν εἴποι τις. Οὐκοῦν τοὐναντίον, ἐρῶντες ἀλλήλων καὶ φιλοῦντες ἀδελφοί, καὶ ὅσον ἡ φύσις τοῖς σώμασι διέστησεν, ἐπὶ ταὐτὸ τοῖς πάθεσι καὶ τοῖς πράγμασιν ἀποδιδόντες, καὶ λόγους κοινοὺς καὶ δια-
C τριβὰς ἅμα καὶ παιδιὰς μετ' ἀλλήλων ἔχοντες, ἡδεῖαν καὶ μακαρίαν παρεσκευάκασι γηροτρόφον τοῖς γονεῦσι τὴν φιλαδελφίαν. Οὔτε γὰρ φιλόλογος πατὴρ οὕτως, οὔτε φιλότιμος, οὔτε φιλοχρήματος γέγονεν, ὡς φιλότεκνος· διὸ τοὺς υἱοὺς οὔτε λέγοντας οὔτε πλουτοῦντας οὔτε ἄρχοντας ἡδέως οὕτως, ὡς φιλοῦντας ἀλλήλους, ὁρῶσιν. Ἀπολλωνίδα οὖν τὴν Κυζικηνήν, Εὐμένους δὲ τοῦ βασιλέως μητέρα, καὶ τριῶν ἄλλων, Ἀττάλου καὶ Φιλεταίρου καὶ Ἀθηναίου, λέγουσι μακαρίζειν ἑαυτὴν ἀεὶ καὶ τοῖς θεοῖς χάριν ἔχειν, οὐ διὰ τὸν πλοῦτον, οὐδὲ διὰ τὴν ἡγε-

B. 10. ἀποδιδόντες] Forte ἐπιδιδόντες: vel potius, ἀπονέμοντες.

filios inter ſe diſcordias alere, odia gerere, maledictis mutuis inceſſere, in omnibus rebus et actionibus invicem ſe opponere, denique unum ab altero everti? non, puto, quiſquam hoc dixerit. Ergo, contra, amantes ac diligentes mutuo fratres, et quantum natura corporibus dejunxit eos, tantum animi affectionibus et actionibus in unum coëuntes, et ſtudia, orationes, denique ſeria et joca omnia inter ſe communia habentes, ſuavem et beatum ſenectutis parentum alumnum mutuum amorem parant. Nemo unquam pater ita dicendi, honorum, pecuniæ, ſtudioſus fuit, ut liberorum; itaque neque dicentes, neque magiſtratum gerentes, neque rem augentes filios tam ſuaviter vident, quam mutuo amantes. Apollonidem Cyzicenam, Eumenis regis matrem ac trium præterea filiorum Attali, Philetæri, et Athenæi, prædicaſſe ſubinde ſe beatam, diiſque egiſſe aiunt gratias, non propter divitias vel imperium, ſed quod tres

Digitized by Google

μανίαν, ἀλλ' ὅτι τοὺς τρεῖς υἱοὺς ἑώρα τὸν πρεσβύτατον δορυφοροῦντας, κἀκεῖνον ἐν μέσοις αὐτοῖς δόρατα καὶ ξίφη φοροῦσιν ἀδεῶς διαγινόμενον. Ὥσπερ αὖ τοὐναντίον, ὁ Ξέρξης ἀχθόμενος Ὦχον τὸν υἱὸν ἐπιβεβουλευκότα τοῖς ἀδελφοῖς, ἀθυμήσας ἀπέθανε.

Χαλεποὶ πόλεμοι γὰρ ἀδελφῶν,

ὡς Εὐριπίδης εἴρηκεν, ὄντες, χαλεπώτατοι τοῖς γονεῦσιν αὐτοῖς εἰσιν. Ὁ γὰρ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ καὶ βαρυνόμενος, οὐ δύναται μὴ τὸν γεννήσαντα μέμφεσθαι καὶ τὴν τεκοῦσαν.

ϛʹ. Ὁ μὲν οὖν Πεισίστρατος ἐπιγαμῶν ἐν ἡλικίᾳ οὖσι τοῖς υἱοῖς, ἔφη, Καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἐκείνους εἶναι ἡγούμενος, ἔτι πλειόνων ἐθέλειν τοιούτων πατὴρ γενέσθαι. Χρηστοὶ δὲ καὶ δίκαιοι παῖδες, οὐ μόνον διὰ τοὺς γονεῖς E ἀγαπήσουσι μᾶλλον ἀλλήλους, ἀλλὰ καὶ τοὺς γονεῖς δι' ἀλλήλους· οὕτως ἀεὶ καὶ φρονοῦντες καὶ λέγοντες, ὅτι τοῖς γονεῦσιν ἀντὶ πολλῶν χάριν ὀφείλοντες, μάλιστα διὰ

D. 2. Ξέρξης] Legendum Ἀρταξέρξης: ut monuit Palmerius Exercit. p. 223.

filios videret natu maximi eſſe ſatellites, eumque in medio ipſorum gladios haſtaſque ferentium abſque metu verſari. Contra Xerxes Ochum filium inſidias fratribus ſtruxiſſe cum comperiſſet, mœrore eſt exſtinctus. *Inimicitiæ enim fratrum* cum ſint, ut dixit Euripides, *graves*, parentibus ipſis ſunt graviſſimæ: quippe qui fratrem ſuum odit eumque fert moleſte, non poteſt non et patrem ejus et matrem incuſare.

VI. Piſiſtratus filiis jam adultis aliam ducens uxorem, dicebat, *Quia hos bonos præclaroſque eſſe putaret, velle ſe plurium his ſimilium patrem fieri.* Boni autem et juſti filii, non modo gratia parentum magis ſe invicem diligent, ſed parentes quoque ipſos unus propter alterum: itaque et ſentient et dicent, ſe his cum ob multa alia bona debere gratiam, tum maxime ob

τοὺς ἀδελφοὺς ὀφείλουσιν· ὡς τοῦτο δὴ κτημάτων ἁπάντων τιμιώτατον καὶ ἥδιστον ἔχοντες παρ' αὐτῶν. Εὖ γέ τοι καὶ Ὅμηρος πεποίηκε Τηλέμαχον ἐν συμφορᾷ τὸ ἀνάδελφον τιθέμενον,

Ὧδε γὰρ ἡμετέρην γενεὴν μούνωσε Κρονίων.

F Ὁ δὲ Ἡσίοδος οὐκ εὖ παραινεῖ μουνογενῆ παῖδα τῶν
πατρῴων ἐπίκληρον εἶναι, καὶ ταῦτα τῶν Μουσῶν γεγονὼς μα-
θητὴς, ἃς ὁμοῦ δι' εὔνοιαν ἀεὶ καὶ φιλαδελφίαν οὔσας,
οὕτως ὠνόμαζον Μούσας. Πρὸς μὲν οὖν γονεῖς ἡ Φιλαδελ-
φία τοιοῦτόν ἐστιν, ὥστε τὸ φιλεῖν ἀδελφὸν, εὐθὺς ἀπόδειξιν
εἶναι τοῦ καὶ τὸν πατέρα φιλεῖν καὶ τὴν μητέρα· πρὸς δὲ παῖ-
δας αὐτοῦ, δίδαγμα καὶ παράδειγμα Φιλαδελφίας, οἷον
οὐθὲν ἄλλο· καὶ τοὐναντίον αὖ πάλιν πονηρὸν, ὥσπερ ἐξ ἀν-
481 τιγράφου πατρῴου, τὴν μισαδελφίαν ἀναλαμβάνουσιν. Ὁ
γὰρ ἐν δίκαις καὶ στάσεσι καὶ ἀγῶσι πρὸς ἀδελφοὺς ἐγγε-
γηρακὼς, εἶτα τοὺς υἱοὺς ὁμονοεῖν παρακαλῶν,

fratres: ſcilicet hos a parentibus conſecutos, rem omnium, quæ habentur, pretioſiſſimam ac ſuaviſſimam. Pulchre etiam Homerus facit Telemachum calamitatis loco deputare, quod fratre careret,

Uſque adeo noſtram gentem Saturnius orbam
Reddidit, ut me ſtirps dependeat omnis ab uno.

Heſiodus autem non bene præcipit, unicum filium debere paternorum eſſe hæredem bonorum: et quidem Muſarum diſcipulus; quæ, quia ob benevolentiam et amorem ſororium ſimul ſemper degerent, Muſæ, quaſi *homû uſæ*, dicuntur. Ergo parentum reſpectu Fraternus Amor talis res eſt, ut qui fratrem diligit, is ſimul demonſtret parentes quoque a ſe amari. Liberis autem eadem res exemplum mutuo amandi præbet, quo efficacius nullum inveniri poſſit: ſicut ab altera parte peſſimum mutuo odia gerendi ſtudium iidem ſpecimen parentum ſecuti ſuſcipiunt. Qui enim filios ad concordiam cohortatur, cum ipſe in litibus, rixis, et certaminibus fraternis conſenuerit, is

Digitized by Google

Ἄλλων ἰατρός, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων,

ἀσθενῆ ποιεῖ τοῖς ἔργοις τὸν λόγον. Εἰ γοῦν ὁ Θηβαῖος Ἐτεοκλῆς πρὸς τὸν ἀδελφὸν εἰρηκώς,

Ἄστρων ἂν ἔλθοιμ' ἡλίου πρὸς ἀντολάς,
Καὶ γῆς ἔνερθεν, δυνατὸς ὢν δρᾶσαι τάδε,
Τὴν τῶν θεῶν μεγίστην ὥς' ἔχειν τυραννίδα,

τοῖς αὐτοῦ πάλιν παρεκελεύετο τέκνοις,

Ἰσότητα τιμᾶν, ἣ φίλους ἀεὶ φίλοις,
Πόλεις τε πόλεσι, συμμάχους τε συμμάχοις
Συνδεῖ· Τὸ γὰρ ἴσον μόνιμον ἀνθρώποις ἔφυ,

τίς οὐκ ἂν αὐτοῦ καταφρονήσειε; Ποῖος δ' ἂν ἦν ὁ B
Ἀτρεύς, εἰ τοιαῦτα δειπνίσας τὸν ἀδελφόν, ἐγνωμολόγει πρὸς τοὺς παῖδας,

Φίλων γε μέντοι χρῆσις ἡ πρὸς αἵματος,
Μόνη κακοῦ ῥέοντος ὠφελεῖν φιλεῖ.

ζ. Διὸ καὶ γονέων κακὴν γηροτρόφον οὖσαν, καὶ χείρονα παιδοτρόφον τέκνων, ἐκκαθαίρειν προσήκει τὴν μισαδελφίαν. Ἔτι δὲ καὶ πρὸς πολίτας διάβολος καὶ κατήγορος· οἴονται γὰρ οὐκ ἂν ἐκ τοσῆσδε συντροφίας καὶ

A. 7. ἂν ἔλθοιμ' ἡλίου] Prius, pro vulgato ἀνέλθοιμ', ſumſimus ab Jannot. et Moſc. Alterum ἡλίου omnes noſtri libri habent, ut edita Euripidis exempla: ad quæ etiam D. correctus eſt, vetere lectione eraſa. Legendum αἰθέρος e Stobæo, ut monuit Valckenarius Phœniſſ. 507.

Aliis mederi vult, ipſe ulceribus ſcatens:

factiſque ſuis orationi vires adimit. Quis vero non deſpiceret Eteoclem illum Thebanum, ſi hæc adverſus fratrem fatus,

Ad ſolis ortum ſita ſidera ſcandere velim, et
Subire terras, hoc ſi poſſim conſequi,
Deorum maxima ut potiar tyrannide:

ſuis liberis præciperet

Æqualitatem colere, quæ urbes urbibus,
Sociosque ſociis, junctos junctis fœdere
Devincit, obligatque: ſolique omnium
In rebus humanis huic eſt permanſio?

Aut quis tibi videretur Atreus, ſi tali prandio fratri exhibito, filios ſuos hac ſententia inſtitueret?

Uſus equidem cognato junctis ſanguine
In rebus adverſis opem fert unicus.

VII. Expurgandum eſt ergo odium fratrum, quod et parentum ſenectutem male alit, et peſſime liberos educat. Adde, quod etiam apud cives criminibus objicit: exiſtimant enim ex tanta neceſſitudine, convictu, et familiaritate fra-

Digitized by Google

συνηθείας καὶ οἰκειότητος, ἐχθροὺς καὶ πολεμίους γενέσθαι,
C μὴ πολλὰ καὶ πονηρὰ συνειδότας ἀλλήλοις. Μεγάλαι
γὰρ αἰτίαι μεγάλην διαλύουσιν εὔνοιαν καὶ φιλίαν. Ὅθεν
οὐδὲ ῥᾳδίως αὖθις ἐνδέχονται διαλύσεις. Ὥσπερ γὰρ
τὰ συμπαγέντα, κἂν χαλάσῃ τὸ ἔγκολλον, ἐνδέχεται
πάλιν δεθῆναι καὶ συνελθεῖν· συμφυοῦς δὲ σώματος ῥα-
γέντος ἢ σχισθέντος, ἔργον ἐστὶ κόλλησιν εὑρεῖν καὶ σύμφυ-
σιν· οὕτως αἱ μὲν ὑπὸ χρείας συνημμέναι φιλίαι κἂν
διαστῶσιν, οὐ χαλεπῶς αὖθις ἀναλαμβάνουσιν· ἀδελφοὶ
δὲ τοῦ κατὰ φύσιν ἐκπεσόντες, οὔτοι ῥᾳδίως συνέρχονται.
κἂν συνέλθωσι, ῥυπαρὰν καὶ ὕποπτον ἕλκω αἱ διαλύσεις
D ἐφέλκονται. Πᾶσα μὲν οὖν ἔχθρα πρὸς ἄνθρωπον ἀν-
θρώπῳ μετὰ τῶν μάλιστα λυπούντων ἐνδυομένη παθῶν, φι-
λονεικίας, ὀργῆς, φθόνου, μνησικακίας, ὀδυνηρόν ἐστι καὶ τα-
ραχῶδες· ἡ δὲ πρὸς ἀδελφόν, ᾧ θυσιῶν τε κοινωνεῖν
ἀνάγκη, καὶ ἱερῶν πατρῴων, ὁμόταφόν τε γενέσθαι, καὶ που
σύνοικον ἢ γείτονα χωρίων, ἐν ὄμμασιν ἔχει τὸ λυπηρόν,

tres ad inimicitias delabi nunquam potuiſſe, niſi multorum et atrocium ſibi invicem eſſent flagitiorum conſcii. Quippe magnas oportet eſſe cauſas, quæ magnam benevolentiam amicitiamque diffipent. Unde fit, ut non facile locus ſit reconciliationi. Nam ſicut quæ compacta ſunt, etiam glutine ſoluto rurſus colligari ac coire poſſunt: corpus autem quod natura junxit ſi rumpatur aut ſcindatur, difficulter glutinari aut rurſum poteſt coaleſcere: ita quas uſus contraxit amicitias, eæ diſſidio accidente nullo negotio redintegrantur: fratres ubi naturali amore exciderunt, neque in gratiam facile redeunt, et reconciliatio ſemper cicatricem ſordidam ac latente malo infectam retinet. Enimvero omnis homini adverſus hominem inimicitia cum maxime moleſtis animi ſubiens affectionibus, ſtudio, inquam, contendendi, ira, invidia, memoria injuriarum, dolorem animo perturbationemque adfert: ſed adverſus fratrem ſuſcepta, cum quo ſacrificia ſunt, et ſacra parentum, ſepulchrumque communia, communis etiam, aut ſaltem vicina domus, ante ocu-

Digitized by Google

ὑπομιμνήσκουσα καθ' ἡμέραν τῆς ἀνοίας καὶ παραφροσύνης, δι' ἣν τὸ ἥδιστον πρόσωπον καὶ συγγενέστατον εἶδος, σκυθρωπότατον, ἥ τε προσφιλὴς ἐκ νέων φωνὴ καὶ συνήθης, ἀκοῦσαι φοβερωτάτη γέγονε. Πολλοὺς δὲ τῶν ἄλλων ἀδελ- E
φῶν ὁρῶντες οἰκίᾳ μιᾷ τε χρωμένους καὶ τραπέζῃ καὶ χωρίοις ἀνεμήτοις καὶ ἀνδραπόδοις, αὐτοὶ καὶ φίλους διῄρηνται καὶ ξένους, ἔχθρα πάντα τὰ προσφιλῆ τοῖς ἀδελφοῖς νομίζοντες· καὶ ταῦτα, πᾶσιν ἐν μέσῳ λογίζεσθαι παρόντος ὅτι κτητοὶ μέν τε φίλοι καὶ συμπόται, κτητοὶ δὲ κηδεσταὶ καὶ συνήθεις, τῶν προτέρων ὥσπερ ὅπλων ἢ ὀργάνων διαφθαρέντων· ἀδελφοῦ δὲ ἀντίκτησις οὐκ ἔστιν, ὥσπερ οὐδὲ χειρὸς ἀφαιρεθείσης, οὐδὲ ὄψεως ἐκκοπείσης. Ἀλλ' ὀρθῶς ἡ Περσὶς εἶπεν, ἀντὶ τῶν τέκνων ἑλομένη σῶσαι τὸν ἀδελφόν, ὅτι παῖδας μὲν ἑτέρους κτή- F
σασθαι δύναιτ' ἄν, ἀδελφὸς δὲ ἄλλος αὐτῇ, γονέων μὴ ὄντων, οὐκ ἂν γένοιτο.

η'. Τί δῆτα χρὴ ποιεῖν, φαίη τις ἄν, ὅτῳ φαῦλος ἀδελφὸς γένοιτο; Πρῶτον ἐκεῖνο μνημονεύειν, ὅτι πασ-

los expoſitam habet moleſtiam, quotidie in memoriam redigens væcordiam, qua factum eſt ut jucundiſſimus vultus adſpectu jam ſit inviſiſſimus, et terrori ſummo vox a puero grata ac familiaris. Multos quoque alios fratres videntes eadem domo ac menſa et non diviſis inter ſe prædiis ac mancipiis uti, ipſi amicos etiam hoſpiteſque diverſos habent, inimica omnia ducentes quæ fratri ſint accepta: cum quidem omnibus hoc facillimum ſit ratiocinari, Amicos et compotores, affines et familiares parari alios poſſe, prioribus armorum inſtar aut inſtrumentorum perditis: fratrem recuperari non magis poſſe quam manum abſciſſam, aut erutum oculum. Præclare etenim mulier illa Perſica dixit, cum fratris ſalutem ſaluti liberum antetuliſſet, *Poſſe aliam ſe prolem nanciſci, fratrem autem, amiſſis parentibus, nullum.*

VIII. Quid ergo agendum eſt, dicas, ſi cui malus obtigerit frater? Primo om-

τὸς ἅπτεται γένους φιλίας ἡ φαυλότης, καὶ κατὰ τὸν Σοφοκλέα,

Τὰ πλεῖστα φωρῶν, αἰσχρὰ φωράσεις βροτῶν.

οὔτε γὰρ τὸ συγγενικὸν, οὔτε τὸ ἑταιρικὸν, οὔτε τὸ ἐρωτικὸν, εἰλικρινὲς καὶ ἀπαθὲς καὶ καθαρὸν ἐστιν εὑρεῖν κακίας. Ὁ
482 μὲν οὖν Λάκων μικρὰν γυναῖκα γήμας, ἔφη, Τὰ ἐλάχιστα δεῖν αἱρεῖσθαι τῶν κακῶν· ἀδελφοῖς δὲ σωφρόνως παραινέσειεν ἄν τις, τὰ οἰκειότατα τῶν κακῶν ὑπομένειν μᾶλλον ἢ πειρᾶσθαι τῶν ἀλλοτρίων· τοῦτο γὰρ ἀνέγκλητον, ὡς ἀναγκαῖον, ἐκεῖνο δὲ ψεκτὸν, ὡς αὐθαίρετον. Οὐ γὰρ ὁ συμπότης, οὐδὲ ὁ συνέφηβος, οὐδὲ ὁ ξένος

Αἰδοῦς ἀχαλκεύτοισιν ἔζευκται πέδαις·

ἀλλ᾽ ὁ σύναιμος καὶ σύντροφος, καὶ ὁμοπάτωρ καὶ ὁμομήτωρ, ᾧ καὶ τῶν ἁμαρτημάτων εἰκός ἐστιν ἐπιχωρεῖν ἔνια, καὶ παρέχειν λέγοντα πρὸς ἀδελφὸν ἐξαμαρτάνοντα,

A. 9. τῶν ἁμαρτημάτων] Hoc Xyl. edidit e ſuo codice ſcripto: quocum conſentit D, e quo repoſui λέγοντα. Vulgo, τὴν ἀρετὴν—λέγοντι. Proximum πρὸς ἀδελφὸν ἐξαμαρτάνοντα, inſititium videtur.

nium tenendum hoc eſt, viſum omni amicitiæ generi ſe inſinuare: et, ut eſt apud Sophoclem,

Mortalium res ſi cunctas examines,
Invenies in pleriſque turpitudinem.

nam neque cognatorum, neque ſodalium, neque venereus amor, ſincerus, purus, nulloque vitio ſuffuſus reperietur. Laco, quidem, cum puſillam duxiſſet uxorem, dicebat de malis minimum eſſe deligendum: fratribus autem modeſte hoc ſuaſeris, ut familiariſſima potius ſuſtineant mala, quam aliena experiantur: illud enim quia neceſſitas imponit, culpa et crimine vacat: hoc quia ſponte ſuſcipitur, reprehenſioni eſt obnoxium. Non enim compotori nos, non æquali, non hoſpiti

Sine ære factis compedibus pudor obligat:

ſed conſanguineo, ſimul educato, eundem patrem, eandem matrem habenti: hujus et peccatis quibuſdam ignoſcendum eſt, et dicendum fratri aliquando,

Τοὔνεκά σ' οὐ δύναμαι προλιπεῖν δύστηνον ἐόντα,

καὶ φαῦλον καὶ ἀνόητον, μὴ καὶ λάθων τι πατρῷον ἢ μητρῷον ἐνεσταγμένον ἀπὸ σπέρματος νόσημα χαλεπῶς καὶ B
πικρῶς τῷ μισεῖν ἐν σοὶ κολάζων. Τοὺς μὲν γὰρ ἀλλοτρίους, ὡς ἔλεγε Θεόφραστος, οὐ φιλοῦντα δεῖ κρίνειν, ἀλλὰ κρίναντα, φιλεῖν· ὅπου δὲ ἡ φύσις ἡγεμονίαν τῇ κρίσει πρὸς εὔνοιαν οὐ δίδωσιν, οὐδὲ ἀναμένει τὸν θρυλλούμενον τῶν ἀλῶν μέδιμνον, ἀλλὰ συγγεγέννηκε τὴν ἀρχὴν τῆς φιλίας, ἐνταῦθα δεῖ μὴ πικροὺς εἶναι, μηδ' ἀκριβεῖς τῶν ἁμαρτημάτων ἐξεταστάς. Νυνὶ δὲ τί ἂν λέγοις εἰ ξένων ἀνθρώπων καὶ ἀλλοτρίων ἐκ πότου τινὸς ἢ παιδιᾶς ἢ παλαίστρας προσφθαρέντων ἁμαρτήματα ῥᾳδίως ἔνιοι φέροντες καὶ ἡδόμενοι, δύσκολοι καὶ ἀπαραίτητοι πρὸς τοὺς C
ἀδελφούς εἰσιν; ὅπου καὶ κύνας χαλεποὺς καὶ ἵππους, πολλοὶ δὲ λύγγας, αἰλούρους, πιθήκους, λέοντας τρέφοντες καὶ ἀγαπῶντες, ἀδελφῶν οὐχ ὑπομένουσιν ὀργάς, ἢ ἀγνοίας, ἢ φιλοτιμίας; ἕτεροι δὲ παλλακίσι καὶ πόρναις οἰκίας

Non ego deſerere, aut miſerum te linquere poſſum,

vitioſumque vel inſipientem, ne imprudens odio in te meo vitium aliquod a paterno maternove ſemine tibi ingenitum in te acerbius puniam. Etenim alienos, ut aiebat Theophraſtus, non amando judicare debemus, ſed judicium amori præmittere: ubi autem natura judicio ad contrahendam benevolentiam non concedit prærogativam, neque præſtolari ſinit ſermone tritum illum ſalis modium, ſed amicitiæ principium inſevit: ibi non moroſi, neque accurati debemus eſſe delictorum cenſores. Nunc quid his faceres, qui peregrinorum et alienorum hominum, cum quibus vitioſam amicitiam in convivio, luſu, aut palæſtra coiverunt, facile tolerantes peccata, et cum voluptate, fratribus ſe acerbos et implacabiles exhibent? cumque et canes iracundos, et equos, quinetiam lynces, feles, ſimias, leones alant atque ament, iras fratrum, aut inſcitias, aut ambitiones non ſuſtinent? alii cum pellicibus aut ſcortis do-

Digitized by Google

καὶ ἀγροὺς καταγράφοντες, ὥσπερ οἰκοπέδου καὶ γωνίας πρὸς ἀδελφοὺς διαμονομαχοῦσιν; εἶτα τῷ μισαδέλφῳ μισοπονηρίαν ὄνομα θέμενοι, περινοστοῦσιν ἐν τοῖς ἀδελφοῖς τὴν κακίαν προβαλλόμενοι καὶ λοιδοροῦντες, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις
D μὴ δυσχεραίνοντες, ἀλλὰ χρώμενοι πολλῇ καὶ συνόντες.

θʹ. Ταῦτα μὲν οὖν ἔστω προοίμια τοῦ λόγου παντός. Ἀρχὴν δὲ τῆς διδασκαλίας, μὴ τὴν νέμησιν τῶν πατρῴων, ὥσπερ ἕτεροι λάβωμεν, ἀλλὰ τὴν ἔτι ζώντων ἁμαρτανομένην τῶν γονέων ἅμιλλαν καὶ ζηλοτυπίαν. Οἱ μὲν γὰρ Ἔφοροι, τοῦ Ἀγησιλάου τῶν ἀποδεικνυμένων ἀεὶ γερόντων ἑκάστῳ βοῦν ἀριστεῖον πέμποντος, ἐζημίωσαν αὐτόν, αἰτίαν ὑπειπόντες ὅτι τοὺς κοινοὺς ἰδίους κτᾶται δημαγωγῶν καὶ χαριζόμενος· υἱῷ δὲ ἄν τις παραινέσειε θεραπεύειν γονεῖς, μὴ κτώμενον ἑαυτῷ μόνῳ, μηδ' εἰς ἑαυ-
E τὸν ἀποστρέφοντα τὴν εὔνοιαν· ᾧ τρόπῳ πολλοὶ καταδημαγωγοῦσι τοὺς ἀδελφούς, εὐπρεπῆ πρόφασιν, οὐ δικαίαν δέ, τῆς πλεονεξίας ταύτης ἔχοντες. Τὸ γὰρ μέ-

mos agroſque perſcripſerunt, de area domus atque angulo cum fratre duello decertant? deinde malorum odium ſuo in fratrem odio præſcribentes, obambulant fratri malitiam objicientes, quam in aliis etiam magnam tolerant eaque utuntur.

IX. Atque hoc quidem ſit totius exordium diſputationis. Principium autem doctrinæ ſumemus non, ut alii a diviſione bonorum paternorum, ſed a vitando vitioſo demerendorum adhuc viventium parentum certamine atque obtrectatione. Ageſilaum Ephori multaverunt, quod is unicuilibet ſenum deſignato bovem præmium virtutis dono mitteret, eamque attulerunt rationem facti, quod publicos largiendo privatim ſibi conciliaret ſuoſque faceret. Filio autem recte hoc ſuaſeris, ut parentibus colendis non ſibi ſoli eorum benevolentiam captet inque ſe unum eam derivet: quomodo multi fratres aſtu ſupplantant, injuſtitiæ hujus ſpecioſo, ſed injuſto uſi prætextu. Maximum enim et præſtantiſſimum bonorum pa-

γνησιον τῶν πατρῴων καὶ κάλλιστον ἀποστεροῦσιν αὐτοὺς, τὴν εὔνοιαν, ἀνελευθέρως καὶ πανούργως ὑποτρέχοντες, ἐν χώρᾳ ταῖς ἐκείνων ἀσχολίαις καὶ ἀγνοίαις ἐπιτιθέμενοι, καὶ μάλιστα παρέχοντες εὐτάκτους καὶ κατηκόους αὐτοὺς καὶ σώφρονας, ἐν οἷς ἐκείνους ἁμαρτάνοντας ἢ δοκοῦντας ὁρῶσι. Δεῖ δὲ τοὐναντίον, ὅπου μὲν ὀργή, συνεισδέχεσθαι καὶ συνυποδύεσθαι, καθάπερ τῷ συνεργεῖν ποιοῦντα κουφότερον. ὑπουργίαις δὲ καὶ χάρισι συνεκποιεῖν ἀμωσγέπως τὸν ἀδελφόν· ἐλλείποντος δέ που καιρὸν ἢ πρᾶξιν ἑτέραν, τὴν φύσιν αἰτιᾶσθαι, ὡς μᾶλλον πρὸς ἄλλα χρησιμωτέραν καὶ σεμνοτέραν οὖσαν. Εὖ δὲ ἔχει καὶ τὸ τοῦ Ἀγαμέμνονος, ὡς

Οὔτ' ὄκνῳ εἴκων οὔτ' ἀφραδίῃσι νόοιο,
Ἀλλ' ἐμέ τ' εἰσορόων, καὶ ἐμὴν ποτιδέγμενος ὁρμήν,

κἀμοὶ τοῦτο παραδοὺς τὸ καθῆκον. Ἡδέως δὲ καὶ τῶν 485
ὀνομάτων τὰς μεταθέσεις οἱ πατέρες προσδέχονται καὶ πιστεύουσι τοῖς υἱοῖς, ἀπλάστως μὲν τὴν ῥᾳθυμίαν τῶν

ternorum, benevolentiam parentum, iis adimunt, illiberaliter et veteratorie capta occaſione ipſis occupatis occurrentes, et ignorationibus germanorum inſidiantes, inque his maxime compoſitos ſe, dictoque parentum audientes, ac modeſtos gerentes, in quibus peccare fratres, aut delicti ſuſpectos vident. Atqui contra fratris eſt opus ubi iraſcuntur fratri parentes, partem iræ ſubire atque in ſe recipere, eamque veluti labore adjuvando faciliorem reddere, miniſterii et captatæ gratiæ in ſocietatem quocunque modo eundem admittere atque adoptare: et ubi is occaſionem aliquam neglexit, eum excuſare vel aliam occupationem ejus præſcribendo, vel naturam ad alias res aptiorem. Recte etiam Agamemnon de fratre:

Non hunc deſidia, aut vecordia mens moratur,
In me reſpiciens ſed enim, noſtroſque ſubinde
Expectans ceſſat conatus, —

ſibi hoc muneris a Menelao relictum dicens. Libenter etiam nominum permutationem admittunt parentes, ſidemque adhibent filiis, cum ſocordiam

ἀδελφῶν ὀνομάζουσιν, ὀρθότητα δὲ τὴν σκαιότητα, τὸ δὲ φιλόνεικον ἀκαταφρόνητον· ὥστε τῷ διαλλάσσοντι περιεῖναι τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν ὀργὴν ἐλαττοῦν ἅμα, καὶ τὴν πρὸς ἑαυτὸν εὔνοιαν αὔξειν τοῦ πατρός.

ι. Οὕτω δὲ ἀπολογησάμενον, ἤδη πρὸς ἐκεῖνον δεῖ τρέπεσθαι, καὶ καθάπτεσθαι σφοδρότερον τὸ ἁμάρτημα, καὶ τὸ ἔλλειμμα μετὰ παῤῥησίας ἐνδεικνύμενον. Οὔτε γὰρ B ἐφιέναι δεῖ τοῖς ἀδελφοῖς, οὔτε αὖ πάλιν ἐπεμβαίνειν ἁμαρτάνουσιν αὐτοῖς· τὸ μὲν γὰρ ἐπιχαίροντός ἐστιν, ἐκεῖνο δὲ συνεξαμαρτάνοντος· ἀλλὰ κηδομένῳ καὶ συναχθομένῳ χρῆσθαι τῷ νουθετεῖν. Γίνεται δὲ κατήγορος ἀδελφοῦ σφοδρότατος πρὸς αὐτόν, ὁ προθυμότατος ὑπὲρ αὐτοῦ συνήγορος πρὸς τοὺς γονεῖς γενόμενος. Ἂν δὲ μηδὲν ἁμαρτάνων ἀδελφὸς ἐν αἰτίᾳ γένηται, τἄλλα μὲν ὑπουργεῖν γονεῦσι καὶ φέρειν ὀργήν τε πᾶσαν αὐτῶν καὶ δυσχέρειαν, ἐπιεικές· αἱ δὲ ὑπὲρ ἀδελφοῦ παρ' ἀξίαν κακῶς ἀκούοντος ἢ πάσχοντος ἀντιδικίαι καὶ δικαιολογίαι

fratrum ſimplicitatis, pravitatem dexteritatis, pertinaciam animi contemptum non ferentis nomine velant; ut qui ſic fratrem in gratiam reponit, ſimul et iram adverſus eum conceptam minuat, et patris erga ſe augeat benevolentiam.

X. Purgato ad hunc modum fratre, jam is ipſe arripiendus eſt, ob peccatumque ſerio objurgandus, et libere oſtendendum ubi officium prodiderit. Nam neque negligendus eſt frater peccans neque inſultandum peccanti: quorum hoc eſt gaudium ex alterius malo capientis, illud peccandi ſocietatem ineuntis; ſed curam ſe fratris gerere, et dolorem ex ipſius incommodo ſentire oſtendet qui caſtigat. Vehementiſſime autem fratrem coram incuſare poteſt, is qui ei ſtudioſiſſime apud parentes fuit patrocinatus. Quod ſi frater injuria culpetur, in aliis quidem rebus iras parentum ferre atque indignationes, iiſque in omnibus miniſteriis operam navare æquum eſt: patrocinium autem et excuſatio fratris abſque culpa male audientis apud parentes res

Digitized by Google

πρὸς αὐτοὺς, ἄμεμπτοι καὶ καλαί· καὶ οὐ φοβητέον ἀκοῦσαι τὸ Σοφόκλειον,

Ὦ παῖ κάκιστε, διὰ δίκης ἰὼν πατρὶ, C

παῤῥησιαζόμενον ὑπὲρ ἀδελφοῦ δοκοῦντος ἀγνωμονεῖσθαι· καὶ γὰρ αὐτοῖς ἡ τοιαύτη δίκη τοῖς ἐλεγχομένοις ποιεῖ τὴν ἧτταν ἡδίω τῆς νίκης.

ια'. Ἀποθανόντος γε μὴν πατρὸς ἐμφύεσθαι μᾶλλον ἢ πρότερον ὀρθῶς ἔχει τῇ εὐνοίᾳ τῶν ἀδελφῶν· εὐθὺς μὲν ἐν τῷ συνδακρύειν καὶ συνάχθεσθαι κοινούμενον τὸ φιλόστοργον· ὑπονοίας δὲ θεραπόντων, καὶ διαβολὰς ἑτέρων ἑτέρῳ αὐτοὺς προσνεμόντων, ἀπωθούμενον· καὶ πιστεύοντα τοῖς τε ἄλλοις, ἃ μυθολογοῦσι ἐπὶ τῶν Διοσκούρων τῆς φιλαδελφίας, καὶ ὅτι ὁ Πολυδεύκης τὸν καταψιθυρίζοντα τοῦ ἀδελφοῦ πρὸς αὐτὸν, κονδύλῳ πατάξας ἀπέκτεινεν. Ἐπὶ δὲ τὴν νέμησιν τῶν πατρῴων, μὴ D καταγγείλαντας ἀλλήλοις πόλεμον, ὥσπερ οἱ πολλοὶ,

C. 9, ἑτέρῳ αὐτοὺς] Ita ex codicibus, maxime D, dedi: in pleriſque vale turbatur. Vulgo, ἑτέρως αὐτοῖς.

ſunt nullam merentes reprehenſionem, atque pulchræ: neque in hoc genere metuendum eſt illud Sophocleum,

O peſſime fili, cum patre diſceptans tuo:

cum tu libera voce utaris pro fratre quem iniquius tractari arbitraris; ipſis enim parentibus, ubi convincuntur injuriæ, in hoc litis genere cadere cauſa quam vincere eſt jucundius.

XI. Cæterum ubi mortuus eſt pater, rectum eſt fratres magis etiam quam prius benevolentiæ mutuæ eſſe tenaces; ita ut primum in deplorando ac mœrendo ſocietas quædam cernatur: deinde ſuſpiciones ac calumniæ ſervorum atque aliorum quorum alii huic fratrum, alii alii ſeſe accommodant, repellantur: credantque fratres cum alia eſſe vera, quæ de Caſtorum fraterno amore fabulis ſunt prodita, tum quod Pollux quendam de fratre neſcio quid rumuſculi ſibi inſuſurrantem pugno impacto trucidavit. Porro, ad herciſcundam familiam non ita ſe conferent, ut prius bellum ſibi invicem indicant, ſic ut vulgo ſolent exclamare,

Digitized by Google

Κλῦθ' ἀλαλὰ πολέμου θυγάτερ·

ἐκ παρασκευῆς ἀπαντῶν. Ἀλλὰ μάλιστα δεῖ τὴν ἡμέραν ἐκείνην φυλαττομένους, ὡς τοῖς μὲν ἔχθρας ἀνηκέστου καὶ διαφορᾶς, τοῖς δὲ φιλίας καὶ ὁμονοίας οὖσαν ἀρχὴν, μάλιστα μὲν αὐτοὺς καθ' ἑαυτοὺς, εἰ δὲ μὴ, φίλου κοινοῦ παρόντος ἀμφοτέροις μάρτυρος, εὐγνωμονοῦντας δίκης κλήροις, ἥ φησιν ὁ Πλάτων, τὰ φίλα καὶ προσήκοντα λαμβάνοντας καὶ διδόντας, οἴεσθαι τὴν ἐπιμέλειαν νέμεσθαι καὶ τὴν οἰκονομίαν, χρῆσιν δὲ καὶ κτῆσιν ἐν
E μέσῳ κεῖσθαι κοινὴν καὶ ἀνέμητον ἁπάντων. Οἱ δὲ καὶ τίτθας ἀποσπῶντες ἀλλήλων καὶ συντρόφους καὶ συνήθεις παῖδας, ὑπερβαλλόμενοι τοῖς διωγμοῖς, ἀπίασιν ἀνδραπόδου τιμὴν πλέον ἔχοντες, τὸ δὲ μέγιστον καὶ τιμιώτατον τῶν πατρῴων, φιλίαν ἀδελφοῦ καὶ πίστιν, ἀποδεδωκότες. Ἐνίους δὲ καὶ ἀκερδῶς φιλονεικίας ἕνεκα χρησαμένους τοῖς πατρῴοις οὐδὲν ἐπιεικέστερον ἢ λαφύροις ἴσμεν· ὧν καὶ

E. 5. ἀποδεδωκότες] ἀπολωλεκότες, margo C.

O tumultuatio, belli filia,—

et parati ad fraudem rixamque adire. Sed illi diei maxime eſt adhibenda cautio, quæ aut diſcordiæ inimicitiæque implacabilis, aut concordiæ amicitiæque erit principium. Itaque pro ſe maxime, ſi vero id fieri non poſſit, communi amico et omnibus favente adhibito teſte, juſtitiæ ſuffragiis, ut Plato ait, quæ amice ac convenienter poſſunt dantes accipienteſque, ita ſentient, curam rerum ac diſpenſationem inter ipſos eſſe diviſam. uſum et poſſeſſionem in medio poſitam omnibus integramque relinqui. Qui vero nutrices, pueroſque una educatos et familiares in auctione ſuperato fratri avellunt, diſcedunt mancipio uno re aucta, cum interim id vendiderint, quod de bonis paternis maximum eſt atque honoratiſſimum, amicitiam fratris, inquam, et fidem. Novimus porro quoſdam nullo propoſito lucro, contendendi tantum ſtudio hæreditatem a parentibus relictam nihilo creviſſe æquiore animo, quam ſi ad ſpolia ex hoſte diripienda veniſſent: quo-

Digitized by Google

Χαρικλῆς καὶ Ἀντίοχος ἦσαν οἱ Ὀπούντιοι· καὶ γὰρ ἔκ- F
πωμα διακόψαντες ἀργυροῦν, καὶ ἱμάτιον διατεμόντες
ἀπῄεσαν, ὥσπερ ἐκ τραγικῆς τινος κατάρας, θηκτῷ σι-
δήρῳ δῶμα διαλαχόντες. Οἱ δὲ καὶ διηγοῦνται πρὸς
ἑτέρους γαυριῶντες, ὅτι τῶν ἀδελφῶν πανουργίᾳ καὶ δρι-
μύτητι καὶ παραλογισμῷ, πλέον ἔχον ἐν τῷ νέμεσθαι·
δέον ἀγάλλεσθαι καὶ μέγα φρονεῖν ἐπιεικείᾳ καὶ χάριτι
καὶ ὑπείξει περιγενομένους. Ὅθεν ἄξιόν ἐστιν Ἀθηνο- 484
δώρου μεμνῆσθαι, καὶ μεμνηνταί γε πάντες παρ᾽ ἡμῖν·
ἦν γὰρ ἀδελφὸς πρεσβύτερος αὐτοῦ, ὄνομα Ξένων, καὶ
πολλὰ τῆς οὐσίας ἐπιτροπεύων διεφόρησε· τέλος δὲ ἁρπά-
σας γυναῖκα καὶ καταδικασθεὶς, ἀπώλεσε τὴν οὐσίαν,
εἰς τὸ Καίσαρος ταμιεῖον ἀναληφθεῖσαν· ὁ δὲ Ἀθηνό-
δωρος ἦν μὲν ἔτι μειράκιον οὔπω γενειῶν· ἀποδοθέντος
δὲ τοῦ μέρους αὐτοῦ τῶν χρημάτων, οὐ περιεῖδε τὸν ἀδελ-
φὸν, ἀλλ᾽ εἰς μέσον ἅπαντα καταθεὶς, ἐνείματο· καὶ
πολλὰ περὶ τὴν νέμησιν ἀγνωμονευόμενος, οὐκ ἠγα-

A. 10. ἀγνωμονευόμενος] Forte, ἀγνωμονούμενος.

rum e numero Charicles erant et Antiochus Opuntii: qui argenteo poculo in duas diſciſſo partes, itemque veſte, ita diſceſſerunt, ac ſi imprecatione aliqua tragica coacti fuiſſent

Hæreditatem acuto ferro herciſcere.

Sunt qui etiam jactanter aliis prædicent, ſe in diviſione verſutia, vehementia, et impoſtura uſi plus fratribus abſtuliſſe: cum eo ſe deberent jactare, ſi æquitate, gratia, et concedendo ſuperiores fuiſſent. Proinde dignum eſt memoria factum Athenodori: quod quidem omnes noſtrates commemorant. Habuit hic fratrem Xenonem natu majorem: qui in tutelæ adminiſtratione cum multa prodegiſſet, tandem ob raptum mulieris damnatus eſt in judicio, bonaque ipſius in fiſcum Cæſaris ſunt redacta. Erat tum adoleſcens Athenodorus, imberbis etiamnum: cui cum eſſet pars opum reddita, non neglexit fratrem, ſed omnibus in medium expoſitis, denuo cum eo partitus eſt: cumque inter dividendum multis a Xenone afficeretur injuriis,

ηγανάκτησεν, οὐδὲ μετενόησεν, ἀλλὰ πράως καὶ ἱλαρῶς
B ἤνεγκε τοῦ ἀδελφοῦ τὴν ἄνοιαν, περιβόητον ἐν τῇ Ἑλλάδι γενομένην.

ιβ. Ὁ μὲν οὖν Σόλων ἀποφηνάμενος περὶ πολιτείας, ὡς ἰσότης στάσιν οὐ ποιεῖ, λίαν ἔδοξεν ὀχλικῶς, ἀριθμητικὴν καὶ δημοκρατικὴν ἐπεισάγειν ἀναλογίαν ἀντὶ τῆς καλῆς γεωμετρικῆς· ὁ δ' ἐν οἰκίᾳ παραινῶν ἀδελφοῖς, μάλιστα μὲν, ὡς ὁ Πλάτων παρῄνει τοῖς πολίταις, τὸ ἐμὸν ἐξαίρειν καὶ τὸ οὐκ ἐμὸν, εἰ δὲ μὴ, τὴν ἴσην ἀγαπᾶν καὶ τῆς ἴσης περιέχεσθαι, καλλίστην κρηπῖδα καὶ μόνιμον ὁμονοίας καὶ εἰρήνης καταβαλλόμενος ἐστι· χρήσθω δὲ καὶ παραδείγμασιν ἐνδόξοις· οἷόν ἐστι καὶ τὸ
C τοῦ Πιττακοῦ πρὸς τὸν βασιλέα Λυδῶν πυνθανόμενον, εἰ χρήματά ἐστιν αὐτῷ, Διπλάσια, εἶπεν, ἢ ἐβουλόμην, τοῦ ἀδελφοῦ τεθνηκότος. Ἐπεὶ δὲ οὐ μόνον ἐν χρημάτων

C. 2. Διπλάσια, εἶπεν, ἢ ἐβουλόμην] Recepi et Latine reddidi correctionem Iſ. Caſauboni ad Diog. Laert. I, 75: quam firmant Amiot. et Mez. Vulgo, —διπλάσια εἶπεν, εἰ ἐβουλόμην—.

neque indignatus eſt neque mutavit factum, ſed manſueto hilarique animo tulit fratris ſui vaecordiam, in tota Graecia nobilitatam.

XII. Solon quidem effatus de republica, *Ab aequalitate nullam proficiſci ſeditionem*, viſus fuit nimis gratificari vulgo, et arithmeticam proportionem, qua populo civitatis gubernatio traderetur, loco pulchrae iſtius geometricae, introducere. Qui autem in re familiari fratres hortatur, maxime quidem ut, quod civibus praecipiebat Plato, Meum et tuum exterminent: ſi vero id fieri nequeat, ſaltem ut aequalitatem colant atque teneant: is egregium concordiae et pacis fundamentum jaciens, identidem etiam illuſtribus hoc exemplis confirmet. Quale eſt Pittaci, qui a rege Lydorum interrogatus an pecunias poſſideret: reſpondit, *Altero tanto plures quam vellem, fratre quippe mortuo.* Sed quoniam non tantum in pecuniae poſ-

κλήσει καὶ μειώσει τὸ πλέονι πολέμιον καθίσταται τοὔλαττον, ἀλλ' ἁπλῶς, ᾗ φησιν ὁ Πλάτων ἐν μὲν ἀνωμαλίᾳ κίνησιν, ἐν δὲ ὁμαλότητι στάσιν ἐγγίνεσθαι καὶ μονὴν, οὕτω πᾶσα μὲν ἀνισότης ἐπισφαλής ἐστι πρὸς διαφορὰν ἀδελφῶν· ἐν πᾶσι δὲ ἴσους γενέσθαι καὶ ὁμαλοὺς ἀδύνατον· τὰ μὲν γὰρ αἱ φύσεις εὐθὺς ἀνίσως νέμουσι, τὰ δὲ ὕστερον αἱ τύχαι, φθόνους ἐμποιοῦσι καὶ ζηλοτυπίας, αἴσχιστα νοσήματα καὶ κῆρας οὐκ οἰκίαις μόνον, ἀλλὰ καὶ D
τυγχάνοντα θεραπείας μηδ' ἐπιμελείας, ἀπόστοργα γίνεται
καὶ ἀλλότρια· καὶ τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς συγγενέστατόν ἐστιν,
ἀμελούμενον δὲ καὶ παρορώμενον ὑπ' αὐτῆς, οὐκ ἐθέλει
συνεργεῖν, ἀλλὰ λυμαίνεται καὶ προλείπει τὰς πράξεις.

D κα'. Ἐπιμέλεια δὲ καλὴ μὲν αὐτοῖς τοῖς ἀδελφοῖς,

C. 2. Οὐδεὶς ἀγαπῶν] Interponitur γὰρ: ſupra p. 95. D.

ad convivia, in contrahenda cum principibus viris notitia: denique ſi quæ in vulgus videntur ad gloriam dignitatemque conducere, et illuſtrare, in iis ætati convenientem honorem concedas. Neque enim adeo amicum hac in parte iſta prærogativa ornat, quam de exiſtimatione fratris poſthabiti ignominia detrahit. Sed de hac quidem ſententia alibi perſcripſi quid ſentirem. Tamen illud Menandri verum eſt,

Nemo ſui contemtum æquo animo fert amans,

quæ vox monet ut curam fratrum geramus, neque naturæ fiducia eos negligamus. Nam et equus natura hominum, et canis domini amans animal eſt: ſed niſi probe curentur atque tractentur, infenſa fiunt et aliena: et corpus animæ cognatiſſimum, ſi ab ea non colatur, aut neglectim habeatur, adjuvare actiones ipſius recuſat, iiſque officit et deſerit.

XXI. Ratio autem curandi fratri cum erga ipſos fratres honeſta, tum honeſtior e-

ἔτι δὲ κάλλιον πενθεροῖς καὶ γαμβροῖς τοῖς ἐκείνων, εὔνουν ἀεὶ παρέχειν εἰς ἅπαντα καὶ πρόθυμον ἑαυτόν· οἰκέτας τε φιλοδεσπότους ἀσπάζεσθαι καὶ φιλοφρονεῖσθαι· καὶ χάριν ἔχειν ἰατροῖς θεραπεύσασιν αὐτούς, καὶ φίλοις πιστοῖς, καὶ προθύμως συνδιενεγκοῦσιν ἀποδημίαν ἢ στρατείαν. Γυναῖκα δὲ ἀδελφοῦ γαμετήν, ὡς ἁπάντων ἱερῶν ἁγιώτατον, προσορῶντα καὶ σεβόμενον, τιμᾶν διὰ τὸν ἄνδρα καὶ εὐφημεῖν, ἀμελουμένῃ δὲ συναγανακτεῖν, χαλεπαίνουσαν δὲ πραΰνειν· ἂν δ' ἁμάρτῃ τι τῶν μετρίων, συνδιαλλάττειν καὶ συμπαρακαλεῖν τὸν ἄνδρα· κἂν αὐτῷ τις E
ἰδίᾳ γένηται διαφορὰ πρὸς τὸν ἀδελφόν, αἰτιᾶσθαι παρ' ἐκείνῃ καὶ διαλύεσθαι τὴν μέμψιν. Ἀγαμίαν δὲ ἀδελφοῦ καὶ ἀπαιδίαν μάλιστα δυσχεραίνειν, καὶ παρακαλοῦντα καὶ λοιδοροῦντα, συνελαύνειν πανταχόθεν εἰς γάμον, καὶ συνειργνύναι νομίμοις κηδεύμασι· κτησαμένου δὲ παῖδας, ἐμφανέστερον χρῆσθαι τῇ τε πρὸς αὐτὸν εὐνοίᾳ, καὶ τῇ πρὸς τὴν γυναῖκα τιμῇ. Τοῖς δὲ παισὶν εὔνουν μὲν ὥσπερ ἰδίοις,

tiam erga eorum ſoceros atque affines eſt, ut in omnibus rebus ſemper benevolum ſe alacremque præbeat, ſervos dominorum ſtudioſos ſalute comiterque demereatur, medicis gratias agat qui fratri ſanitatem reſtituerunt, itemque amicis fratris in peregrinatione aut militia ſociis quondam alacribus ac fidelibus. Uxorem porro fratris, ut omnium ſacrorum ſanctiſſimum, frater ſuſpiciat atque veneretur, itaque fratrem honoret eique gratuletur: neglectæ rationem habeat, irritatam demitiget: ſi mediocre aliquid peccavit, in placando et deprecando viro adſit: ſi quid cum fratre ſibi ſeorſim exſtiterit jurgii, apud eam hunc accuſet et litem componat. Maxime autem cœlibatum et orbitatem fratris ægre ferat frater, eumque hortando et exprobrando quovis modo ad matrimonium contrahendum adigat, legitimiſque includat nuptiis. Ubi is liberos fuerit nactus, evidentius porro ſua in eum benevolentia, et adverſum uxorem ejus reverentia utatur. Liberis ſe, tanquam ſuis, be-

ἤπιον δὲ μᾶλλον εἶναι καὶ μειλίχιον· ὅπως ἁμαρτάνοντες,
F οἷα νέοι, μὴ δραπετεύωσι, μηδὲ καταλύωνται, διὰ φό-
βον πατρὸς ἢ μητρὸς, εἰς ὁμιλίας φαύλας καὶ ὀλιγώρους,
ἀλλ' ἀποστροφὴν καὶ καταφυγὴν ἅμα νουθετοῦσαν εὐνοίᾳ
καὶ παραμυθίαν ἔχωσιν. Οὕτω καὶ Πλάτων ἀδελφιδοῦν
ὄντα Σπεύσιππον ἐκ πολλῆς ἀνέσεως καὶ ἀκολασίας
ἐπέστρεψεν, οὐδὲν οὔτε εἰπὼν ἀνιαρὸν οὔτε ποιήσας πρὸς
αὐτὸν, ἀλλὰ φεύγοντι τοὺς γονεῖς ἐλέγχοντας αὐτὸν ἀεὶ καὶ
492 λοιδοροῦντας, ἐνδιδοὺς ἑαυτὸν εὐμενῆ καὶ ἀμήνιτον, αἰδῶ
τε πολλὴν ἐνειργάσατο, καὶ ζῆλον ἑαυτοῦ καὶ φιλοσοφίας·
καίτοι πολλοὶ τῶν φίλων ἐνεκάλουν ὡς μὴ νουθετοῦντι τὸ
μειράκιον· ὁ δὲ καὶ πάνυ νουθετεῖν ἔλεγε, τῷ βίῳ καὶ τῇ
διαίτῃ τῆς πρὸς τὰ αἰσχρὰ τῶν καλῶν διαφορᾶς παρ-
έχων κατανόησιν. Ἀλεύαν δὲ τὸν Θεσσαλὸν ὁ μὲν πα-
τὴρ ἀγέρωχον ὄντα καὶ ὑβριστὴν ἐκόλουε καὶ χαλεπὸς ἦν,
ὁ δὲ θεῖος ἀνελάμβανε καὶ προσήγετο· πεμπόντων δὲ τῶν
Θεσσαλῶν φρυκτοὺς περὶ βασιλέως πρὸς τὸν θεὸν εἰς

nevolum, ſed benigniorem tamen et indulgentiorem exhibeat; ne pro ætate aliquid delinquentes, ob metum patris et matris profugiant, ac cum vitioſis et ſocordibus hominibus conſueſcant: ſed habeant quo ſe convertentes caſtigentur, officiique admoneantur. Sic Plato ſororis ſuæ filium Speuſippum e magna negligentia et intemperantia revocavit, nulla voce, nullo facto ei moleſtus: nam fugienti parentes criminum eum convincentes et maledictis inceſſentes, placidum et iræ vacuum dans magnum homini pudorem, ſuique et philoſophiæ admirationem incuſſit: cumque a multis amicorum reprehenderetur, quod non caſtigaret adoleſcentem: *Ego vero*, inquit, *caſtigo*, *vitæ meæ ratione ipſi demonſtrans quod ſit honeſtorum et turpium diſcrimen.* Aleuam Theſſalum pater, ut ferocem hominem et injurioſum, deprimebat, eratque ei infenſus: patruus ad ſe recipiebat et amplectebatur. Mittentibus autem Theſſalis fabas ad oraculum Delphicum, quibus Deum de rege futuro

Digitized by Google

Δελφοὺς, ἐνέβαλε κρύφα τοῦ πατρὸς ὁ θεῖος, ὑπὲρ τοῦ Ἀλεύα· καὶ τῆς Πυθίας τοῦτον ἀνελούσης, ὅ τε πατὴρ ἀπέφησεν ἐμβεβληκέναι τὸν φρυκτὸν ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ πᾶσιν ἐδόκει πλάνη τις ἐν ταῖς καταγραφαῖς τῶν ὀνομάτων γεγονέναι· διὸ καὶ πέμψαντες αὖθις ἐπανήροντο τὸν θεόν· ἡ δὲ Πυθία, καθάπερ ἐκβεβαιουμένη τὴν προτέραν ἀναγόρευσιν, εἶπε, B

Τὸν Πυῤῥόν τοι φημὶ, τὸν Ἀρχεδίκη τέκε παῖδα.

καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ὁ Ἀλεύας ὑπὸ τοῦ θεοῦ βασιλεὺς διὰ τὸν τοῦ πατρὸς ἀδελφὸν ἀποδειχθεὶς, αὐτός τε πολὺ πάντων ἐπρώτευσε τῶν πρὸ αὐτοῦ, καὶ τὸ ἔθνος εἰς δόξαν προήγαγε μεγάλην καὶ δύναμιν. Ἀλλὰ μὴν εὐπραξίαις τε καὶ τιμαῖς καὶ ἀρχαῖς παίδων ἀδελφοῦ χαίροντα καὶ σεμνυνόμενον αὔξειν προσήκει καὶ συνεξορμᾷν πρὸς τὰ καλὰ, καὶ κατορθοῦντας ἀφειδῶς ἐπαινεῖν· αὑτοῦ γὰρ υἱὸν ἐπαχθὲς ἴσως ἐγκωμιάζειν, ἀδελφοῦ δὲ, σεμνὸν, καὶ οὐ φίλαυτον, ἀλλὰ φιλόκαλον καὶ θεῖον ὡς ἀληθῶς. C

conſulebant, clam patre patruus his unam de Aleua quærentem inſeruit. Cumque Pythias Aleuam regem deſignaſſet, et ipſe pater profeſſus eſt ſe nullam de hoc fabam miſiſſe, et omnes exiſtimaverunt errorem aliquem in nominum deſcriptione commiſſum eſſe. Itaque denuo miſſi ſunt ſcitatum. Pythia autem veluti confirmans primam deſignationem, reſpondit,

Archedice peperit quem Rufum nomine dico.

Atque hoc modo Aleuas ab Apolline rex ſtudio patrui creatus, cum ipſe priores longo poſt ſe reliquit intervallo, tum gentem ad gloriam potentiamque magnam evexit. Enimvero fratris filios frater eorum recte factis, honoribus ac dignitatibus gaudendo gratulandoque debet augere, et impetus ad res honeſtas eorum promovere, ac largiter laudare ubi rem preclare gerunt. Suum enim filium laudare, odioſum videtur: fratris, pulchrum, neque oriundum ex ſui ipſius ſed honeſtatis amore, ac revera divinum. Nam

Digitized by Google

Δοκεῖ γὰρ μοι καὶ τοὔνομα καλῶς ὑφηγεῖσθαι πρὸς εὔνοιαν ἀδελφῶν καὶ ἀγάπησιν. Δεῖ δὲ καὶ τὰ τῶν κρειττόνων ζηλοῦν. Ἡρακλῆς τε γὰρ δυεῖν δέοντας ἑβδομήκοντα γεννήσας παῖδας, οὐδενὸς ἧττον αὐτῶν τὸν ἀδελφιδοῦν ἠγάπη-
D σεν· ἀλλὰ καὶ νῦν πολλαχοῦ σύμβωμός ἐστιν Ἰόλαος αὐτῷ, καὶ συγκατεύχονται, παραστάτην Ἡρακλέους ὀνομάζοντες. Ἰφικλέους δὲ τοῦ ἀδελφοῦ πεσόντος ἐν τῇ περὶ Λακεδαίμονα μάχῃ, περίλυπος γενόμενος, πᾶσαν ἐξέλιπε Πελοπόννησον. Ἡ δὲ Λευκοθέα, τῆς ἀδελφῆς ἀποθανούσης, ἔθρεψε τὸ βρέφος καὶ συνεξεθείασεν· ὅθεν αἱ Ῥωμαίων γυναῖκες ἐν ταῖς τῆς Λευκοθέας ἑορταῖς, ἣν Ματοῦταν ὀνομάζουσιν, οὐ τοὺς ἑαυτῶν παῖδας, ἀλλὰ τοὺς τῶν ἀδελφῶν ἐναγκαλίζονται καὶ τιμῶσιν.

C. 6. Δοκεῖ] Recepi ex D. et Xyl. Vulgo ἐδόκει.
C. 6. εὔνοιαν ἀδελφῶν] εὔνοιαν ἀδελφιδῶν Anon. Amiot. Reiſk. præferam vulgato.

ipſum nomen θεῖος, (notans et *divinum* et *patruum avunculumve*,) eam mihi vim habere videtur ut nos pulchre ducat ad nepotum benevolentiam et amorem. Quin et eos imitari decet, qui humana præſtantiores natura fuerunt. Hercules, cum duodeſeptuaginta filios genuiſſet, nullo eorum parcius amavit fratris filium: atque etiamnum multis in locis eadem cum Hercule ara colitur Iolaus, atque una ei vota nuncupantur, et *adſtans* Herculis nominatur. Iphiclo autem fratre in pugna apud Lacedæmonem interfecto, Hercules ingenti dolore perculſus, totam deſeruit Peloponneſum. Et Leucothea infantem defunctæ vita ſororis educavit, ſecumque inter deos retulit. Hinc matronæ Romanæ in feriis Leucotheæ, quam Matutam nominant, non ſuos ſed ſororum filios in ulnas accipiunt, et honorem iis habent.

Digitized by Google

Digitized by Google

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΗΣ ΕΙΣ ΤΑ ΕΚΓΟΝΑ ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΙΑΣ.

Digitized by Google

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΗΣ ΕΙΣ ΤΑ ΕΚΓΟΝΑ ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΙΑΣ.

PLUTARCHI

DE

AMORE PROLIS.

α΄. Ἔκκλητοι κρίσεις καὶ ξενικῶν δικαστηρίων ἀγωγαὶ
τοῖς Ἕλλησι τὸ πρῶτον ἀπιστίᾳ τῇ πρὸς
B ἀλλήλους ἐπενοήθησαν, ἀλλοτρίας δικαιοσύνης, ὥσπερ ἑτέ-
ρου τινὸς τῶν ἀναγκαίων μὴ φυομένου παρ᾽ αὐτοῖς, δεηθεῖσιν.
Ἆρ᾽ οὖν καὶ οἱ φιλόσοφοι τῶν προβλημάτων ἔνια, διὰ

A. 7. ἀγωγαὶ] Forte ἀγοραὶ, ut Xyl. vertit.

I. QUOD ad peregrinos judices Græci appellaverunt aliquando, et in alieno foro litigaverunt, id initio hinc excogitatum fuit, quod alii de aliorum juſtitia diffidentes, eam ut rem neceſſariam et apud ipſos non exſiſtentem aliunde petendam ſunt opinati. Nonne eodem modo philoſophi etiam de quæſtionibus quibuſdam propter

Digitized by Google

τὰς πρὸς ἀλλήλους διαφορὰς, ἐπὶ τὴν τῶν ἀλόγων φύσιν ζώων, ὥσπερ ἀλλοδαπὴν πόλιν, ἐκκαλοῦνται, καὶ τοῖς ἐκείνων πάθεσι καὶ ἤθεσιν, ὡς ἀνεντεύκτοις καὶ ἀδεκάστοις, ἐφιᾶσι τὴν κρίσιν; Ἢ καὶ τοῦτο τῆς ἀνθρωπίνης κακίας ἔγκλημα κοινόν ἐστι, τὸ περὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων καὶ μεγίστων ἀμφιδοξοῦντας ἡμᾶς, ζητεῖν ἐν ἵπποις καὶ κυσὶ καὶ ὄρνισι, πῶς γαμοῦμεν αὐτοὶ καὶ γεννῶμεν καὶ τεκνοτροφοῦμεν, ὡς μηδὲ C
ἐν ἑαυτοῖς δήλωμα τῆς φύσεως ὂν, τὰ τῶν θηρίων ἤθη καὶ πάθη προσαγορεύουσι καὶ καταμαρτυροῦσι τοῦ βίου ἡμῶν πολλὴν τοῦ κατὰ φύσιν ἐκδιαίτησιν καὶ παρέκβασιν, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ καὶ περὶ τὰ πρῶτα συγχεομένων καὶ ταραττομένων. Ἄκρατον γὰρ ἐν ἐκείνοις ἡ φύσις καὶ ἀμιγὲς καὶ ἁπλοῦν φυλάττει τὸ ἴδιον· ἐν δὲ ἀνθρώποις ὑπὸ τοῦ λόγου καὶ τῆς συνηθείας, ὃ τοὔλαιον ὑπὸ τῶν μυρεψῶν πέπονθε, πρὸς πολλὰ μιγνυμένη δόγματα καὶ κρίσεις

C. 2. τὰ τῶν θηρίων] Reiſk. καὶ τὰ τῶν θηρίων. Recte.

C. 4. τοῦ κατὰ φύσιν ἐκδιαίτησιν] Vulgò, τὴν κατὰ φύσιν ἐνδιαίτησιν. Prius ſumſi ex C. et Jun. poſterius ex Jun. T. V. B.

mutuas invicem diſſenſiones ad naturam brutorum animalium, tanquam civitatem alienam, provocaverunt, eorumque affectionibus et ingeniis, utpote integris et nullo alloquio, nullo dono corruptis, judicium permiſerunt? Aut hoc quoque commune eſt humanæ vitioſitatis crimen, quod de maximis et adprime neceſſariis rebus diſſentientes, apud equos, canes, et aves quærimus, quomodo nobis matrimonia contrahenda, proles procreanda et educanda ſit: ac quaſi nihil in noſtra natura ſit proditum, brutorum mores et affectus appellamus: hocque adverſus vitam noſtram teſtimonii dicimus, multa in ea contra naturam agi atque uſurpari, ſtatim ab initio et primis in rebus confuſione ac perturbatione inſinuante. Nam in brutis quidem proprietates ſuas natura ſinceras ſimplicesque conſervat: inter homines ratio et conſuetudo eas, ſicut oleum ſolent ſeplaſiarii, multis permiſcens opinionibus et judiciis affici-

ἐπιθέτους, ποικίλη γέγονε καὶ ἰδία, τὸ δὲ οἰκεῖον οὐ τετή-
D ρηκε. Καὶ μὴ θαυμάζωμεν εἰ τὰ ἄλογα ζῷα τῶν λογικῶν μᾶλλον ἕπεται τῇ φύσει· καὶ γὰρ τὰ φυτὰ τῶν ζώων, οἷς οὔτε φαντασίαν οὔτε ὁρμὴν ἔδωκεν ἑτέρων ὄρεξιν τοῦ κατὰ φύσιν ἀποσαλεύουσαν, ἀλλ' ὥσπερ ἐν δεσμῷ συνειργμένα μένει καὶ κεκράτηται, μίαν ἀεὶ πορείαν ἣν ἡ φύσις ἄγει πορευόμενα. Τοῖς δὲ θηρίοις τὸ μὲν περαύτεροπον τοῦ λόγου καὶ περιττὸν καὶ φιλελεύθερον ἄγαν οὐκ ἔστιν, ἀλόγους δὲ ὁρμὰς καὶ ὀρέξεις ἔχοντα καὶ χρώμενα πλάναις καὶ περιδρομαῖς, πολλάκις οὐ μακρὰν, ἀλλ' ὡς ἐπ' ἀγκύρας τῆς φύσεως σαλεύει, καθάπερ
E ὁδὸν ὑφ' ἡνία καὶ χαλινῷ βαδίζοντα δείκνυσιν εὐθεῖαν. Ὁ δὲ δεσπότης ἐν ἀνθρώπῳ καὶ αὐτοκρατὴς λόγος ἄλλας ἄλλοτε παρεκβάσεις καὶ καινοτομίας ἀνευρίσκων,

D. 3. ἑτέρων] Non placet. Malim οὔτε μὴν, vel ſimile.

D. 10. σαλεύει, καθάπερ ὁδὸν] Sic B. nec ita requirit aliud locus niſi καὶ ante καθάπερ. Vulgo, σαλεύει, καθάπερ οὖν ὁδόν. Longius abit Xyl. qui e codice vetere ita edidit: σαλεύει. Καθάπερ οὖν ὄνον ὑφ' ἡνία καὶ χαλινῷ βαδίζοντα δείκνυσιν εὐθεῖαν ὁ δεσπότης ὁδόν· οὕτως ἐν ἀνθρώπῳ ὁ αὐτοκρατὴς λόγος ἄλλας ἄ—&c. Non auſus ſum recipere in Græca, nec in Latinis relinquere.

titiis, non patitur ſimplices manere, ſed multipliciter variat. Neque eſt quod miremur bruta magis quam ratione prædita ſequi naturam: nam in eo bruta etiam ſuperantur a plantis: hæ enim neque imaginandi vi, neque appetitu præditæ qui naturam alio averteret, tanquam vinculo conſtricta manent ac tenentur, unicumque ſemper naturæ ductum ſequuntur. Brutis rationis manſuetudo, ſubtilitas, et libertatis ſtudium non admodum ſunt inſita: incitationes tamen et cupiditates rationis expertes habent, quibus uſa evagantur: plerumque tamen non longe efferuntur, ſed in natura tanquam anchora ſubſiſtunt: et veluti ſub habena ac frenis incedentia viam oſtendunt rectam. At in homine ratio, penes quam principatus eſt, modo has modo alias inveniens digreſſiones ac diverticula nul-

Digitized by Google

οὐδὲ ἴχνος ἐμφανὲς οὐδὲ ἐναργὲς ἀπολέλοιπε τῆς φύσεως.

β'. Ὅρα δὲ τοὺς γάμους ὅσον ἐστὶν ἐν τοῖς ζώοις τὸ κατὰ φύσιν. Πρῶτον οὐκ ἀναμένει νόμους ἀγάμου καὶ ὀψιγάμου, καθάπερ οἱ Λυκούργου πολῖται καὶ Σόλωνος· οὐδὲ ἀτιμίας ἀτέκνων δέδοικεν· οὐδὲ τιμὰς διώκει τριπαιδίας, ὡς Ῥωμαίων πολλοὶ γαμοῦσι καὶ γεννῶσιν, οὐχ ἵνα κληρονόμους ἔχωσιν, ἀλλ' ἵνα κληρονομεῖν δύνωνται. Ἔπειτα μίγνυται τῷ θήλει τὸ ἄρρεν, οὐχ ἅπαντα χρό- F
νον· ἡδονὴ γὰρ οὐκ ἔχει τέλος, ἀλλὰ γέννησιν καὶ τέκνωσιν· διὰ τοῦτο ἔτους ὥρᾳ ἣ πνοάς τε γονίμους ἔχει καὶ πρόσφορον λοχευομένοις κρᾶσιν, ἦλθεν εἰς τὸ αὐτὸ τῷ ἄρρενι τὸ θῆλυ χειροῆθες καὶ ποθεινόν, ἡδείᾳ μὲν ὀσμῇ χρωτὸς ἰδίῳ δὲ κόσμῳ σώματος ἀγαλλόμενον, δρόσου καὶ βοτάνης ἀνάπλεων καθαρᾶς· αἰσθόμενον δὲ ὅτι κύει καὶ πεπλήρωται, κοσμίως ἄπεισι, καὶ προνοεῖ περὶ τὴν κύησιν καὶ 494
σωτηρίαν τοῦ ἀποτεχθέντος. Ἀξίως δὲ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν

A. 1. προνοεῖ] Sic A. B. C. E. Xyl. P. Vulgo, [illegible]

lum conſpicuum aut evidens relinquit naturæ veſtigium.

II. Initio in brutis conſidera, quam ſint omnia naturæ accommodata. Primum non exſpectant dum leges contra cœlibatum aut ſerius matrimonium ineuntes ferantur, ut Lycurgi et Solonis cives: neque metuunt ignominias prole carentibus propoſitas, aut honores trium liberorum: ſicut Romanorum multi uxores ducunt et liberis operam dant, non ut hæredes, ſed ut jus adeundæ hæreditatis habeant. Deinde miſcetur mas feminæ, non omni tempore; quia non voluptas ei, ſed procreatio eſt finis propoſitus. Itaque verno anni tempore, cum auræ ſpirant genitabiles, et temperie prægnantibus commodæ, coit cum mare femina manſueta et deſiderabilis, ſuavi corporis odore, et peculiari corporis ornatu exſultans, rore et pura herba impleta: et ubi ſe concepiſſe ſentit, modeſte abit, et ea proſpicit quæ ad fœtum perferendum edendumque pertinent. Quæ agant, digne dici

τὰ δρώμενα, πλὴν ὅτι γίνεται ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ φι-
λοστόργῳ, ταῖς προνοίαις, ταῖς καρτερίαις, ταῖς ἐγκρατεί-
αις. Ἀλλὰ τὴν μέλιτταν ἡμεῖς σοφὴν καλοῦμεν καὶ
νομίζομεν, ξανθὸν μέλι μηδομέναν, κολακεύοντες τὸ ἡδὺ
καὶ γαργαλίζον ἡμᾶς τῆς γλυκύτητος· τὴν δὲ τῶν ἄλ-
λων περὶ τὰς λοχείας καὶ τὰς ἀνατροφὰς σοφίαν καὶ
τέχνην παρορῶμεν. Οἷον εὐθὺς, ἡ ἀλκυὼν κύουσα, τὴν
νεοττείαν συντίθησι, συλλαμβάνουσα τὰς ἀκάνθας τῆς θα-
λαττίας βελόνης, καὶ ταύτας δι' ἀλλήλων ἐγκαταπλέ-
B κουσα καὶ συνείρουσα, τὸ μὲν σχῆμα περιαγὲς, ὡς ἁλι-
ευτικοῦ κύρτου, καὶ περιμήκες ἀπεργάζεται· τῇ δὲ ἁρμο-
νίᾳ καὶ πυκνότητι συμφράξασα τῆς ἀκάνθης ἀκριβῶς,
ὑπέθηκε τῷ κλύσματι τοῦ κύματος, ὡς τυπτόμενον ἡσυ-
χῇ καὶ πηγνύμενον τὸ πίλημα τῆς ἐπιφανείας στεγανὸν
γένηται· γίγνεται δὲ σιδήρῳ καὶ λίθῳ δυσδιαίρετον· ὃ δ'
ἐστὶ θαυμασιώτερον, οὕτω τὸ στόμα τῆς νεοττείας συμμέ-
τρως πεπλάσθαι πρὸς τὸ μέγεθος καὶ τὸ μέτρον τῆς

A. 10. νεοττείαν] Malim, νεοττιάν: et mox νεοττιᾶς.
B. 8. πεπλάσθαι] πέπλασται monent legendum Xyl. Mez. Reiſk.

nequit: in omnibus quidem amor prolis eſt manifeſtus, in providendo, in tolerando, in continentia. Cæterum nos apem ſapientem vocamus, ac celebramus

Mel flavum meditantem:

adulantes ei ob dulcedinem nos titillantem: reliquorum animalium ſapientiam et artem, quam adhibent partui et educationi, negligimus. Occurrit primo loco alcyon, quæ poſtquam concepit, nidum componit e ſpinis marinæ acus, quas inter ſe complicans atque conſerens, formam circumfractam, qualis eſt retis piſcatorii, et prælongam ſtruit, concinneque denſa ſerie ſpinis inter ſe accurate contextis, opus illuviei undarum ſupponit, ut paulatim percuſſum atque ſtipatum textum, ſolidam nanciſcatur ſuperficiem: ita autem duratur, ut vix dividi lapide aut ferro poſſit: et, quod eſt mirabilius, orificium nidi ea proportione ad modum et magnitudinem alcyonis ef-

ἀλκυόνος, ὥστε μήτε μεῖζον ἄλλο, μήτε μικρότερον ἐνδύεσθαι ζῶον, ὥς δέ φασι, μηδὲ θάλατταν προσδέχεσθαι, μηδὲ τὰ ἐλάχιστα. Μάλιστα δὲ οἱ γαλεοὶ ζωογονοῦσι C μὲν ἐν ἑαυτοῖς, ἐκβαίνειν δὲ παρέχουσιν ἐκτὸς καὶ νέμεσθαι τοῖς σκύμνοις, εἶτα πάλιν ἀναλαμβάνουσι καὶ περιπτύσσουσιν ἐγκοιμώμενα τοῖς σπλάγχνοις. Ἡ δὲ ἄρκτος, ἀγριώτατον καὶ σκυθρωπότατον θηρίον, ἄμορφα καὶ ἄναρθρα τίκτει· τῇ δὲ γλώττῃ, καθάπερ ἐργαλείῳ, διατυποῦσα τοὺς ὑμένας, οὐ δοκεῖ γεννᾷν μόνον, ἀλλὰ καὶ δημιουργεῖν τὸ τέκνον. Ὁ δὲ Ὁμηρικὸς λέων,

Ὅν ῥά τε νήπια [τέκνα] ἄγοντα συναντήσονται ἐν ὕλῃ
Ἄνδρες ἐπακτῆρες, ὁ δέ τε σθένεϊ βλεμεαίνει,
Πᾶν δέ τ' ἐπισκύνιον κάτω ἕλκεται, ὄσσε καλύπτων, D

ἆρα οὐχ ὅμοιός ἐστι διανοουμένῳ πρὸς τοὺς κυνηγοὺς σπένδεσθαι περὶ τῶν τέκνων; Καθόλου γὰρ ἡ πρὸς τὰ ἔγγονα φιλοστοργία, καὶ τὰ τολμηρὰ δειλὰ ποιεῖ, καὶ φι-

C. 3. σκύμνοις—ἐγκοιμώμενα] Prius vel in σκυμνίοις mutandum, vel neutre accipiendum, ut congruat cum ἐγκοιμώμενα quod recte exhibent A. B. C. E. P. loco vulgati ἐγκοιμώμενοι.

D. 4.—8. ἔγγονα] Non mutavi: non quod probarem, ſed quod codicum auctoritas obſtaret.

fingitur, ut nullum neque majus intrare neque minus animal poſſit, et, ut nonnulli tradunt, ne mare quidem aut rem ullam minimam admittat. Maxime autem feles vivum edunt partum, qui catulos in ſe continent, eoſque ſinunt foras prodire ac paſci, deinde rurſum intra viſcera recipiunt dormituros. Urſa, animal quo neque deformius eſt aliud, neque moroſius, informes artubuſque carentes catulos parit: lingua autem tanquam inſtrumento format membra; ut non ſolum parere, ſed etiam fabricari videatur fœtum. At Homericus leo ille,

Cui venatores, catulos dum ducit, in alta
Occurrunt ſylva, frendens, et robore fretus
Omne ſupercilium tectis demittit ocellis.

nonne tibi videtur ſimilis eſſe meditanti cum venatoribus de catulis paciſci? In univerſum enim amor prolis animalia audacia reddit timida, et de ſeg-

Digitized by Google

λόπονα τὰ ῥᾴθυμα, καὶ φειδωλὰ τὰ γαστρίμαργα. Καὶ ὥσπερ ἡ Ὁμηρικὴ ὄρνις προσφέρουσα τοῖς νεοττοῖς

> Μάστακ', ἐπεί κε λάβῃσι, κακῶς δέ τε οἱ πέλει αὐτῇ.

τῷ γὰρ αὐτῆς τρέφει λιμῷ τὰ ἔγγονα, καὶ τὴν τροφὴν τῆς γαστρὸς ἁπτομένην ἀποκρατεῖ καὶ πιέζει τῷ στόματι, μὴ λάθῃ καταπιοῦσα·

E

> Ὡς δὲ κύων ἀμαλῇσι περὶ σκυλάκεσσι βεβῶσα
> Ἄνδρ' ἀγνοιήσασ' ὑλάει, μέμονέν τε μάχεσθαι,

τὸν περὶ τῶν τέκνων φόβον, ὡς δεύτερον προσλαβοῦσα θυμόν. Αἱ δὲ πέρδικες ὅταν διώκωνται μετὰ τῶν τέκνων, ἐκεῖνα μὲν ἐῶσι προπέτεσθαι καὶ φεύγειν, αὐταῖς δὲ μηχανώμεναι προσέχειν τοὺς θηρεύοντας ἐγγὺς κυλινδούμεναι καὶ καταλαμβανόμεναι, μικρὸν ὑπεκθέουσιν, εἶτα πάλιν ἵστανται καὶ παρέχουσιν ἐν ἐφικτῷ τῆς ἐλπίδος ἑαυτὰς, ἄχρις ἂν οὕτω προκινδυνεύουσαι τοῦ νεοττῶν τῆς ἀσφαλείας, προαγάγωνται πόῤῥω τοὺς διώκοντας. Τὰς δὲ

E. 7. καταλαμβανόμεναι, μικρὸν ὑπεκθέουσιν] Malim, καταλαμβανόμεναι μικροῦ, ὑπεκθέουσιν.

nibus induſtria, ac de guloſis parca. Sic Homerica illa avis pullis tradit

> *Eſcæ quidquid habet, male ſit ſibi quamlibet ipſi.*

ſua enim ipſius fame pullos alit, cibumque jam ventri appropinquantem abſtinet et ore premit ne imprudens deglutiat. Apud eundem Poëtam,

> *Ut cum pro teneris catulis canis anxia latrat*
> *Ignoto accedente viro, pugnæque parat ſe:*

metum pro catulis quaſi ſecundam iram concipit. Perdices quando una cum pullis exagitantur, eos prævolare ſinunt ac fugere, idque machinantur in propinquo volventes ſe ac poſt pullos relictæ, ut aucupes ipſas captent: deinde paululum curſu provectæ, rurſum ſpe capiendi aucupem lactant, donec ita parta pullis ſuo periculo ſecuritate longius producant perſequentem. Gallinas autem quotidie

ἀλεκτορίδας ἐν τοῖς ὄμμασι καθ' ἡμέραν ἔχομεν, ὃν τρόπον τὰ νεόττια περιέπουσι, τοῖς μὲν ἐνδῦναι χαλῶσαι τὰς πτέρυγας, τὰ δὲ ἐπιβαίνοντα τὴν νώτην, καὶ περιτρέχοντα πανταχόθεν ἀναδεχόμεναι, μετὰ τοῦ γεγηθὸς τι καὶ προσφιλὲς ἐπιφθέγγεσθαι· κυνέας δὲ καὶ δρακοντίας, ἂν περὶ αὐτῶν φοβηθῶσι, φεύγουσιν· ἂν δὲ περὶ τῶν τέκνων, ἀμύνονται καὶ διαμάχονται παρὰ δύναμιν. Εἶτα ταῦτα οἰόμεθα πάθη τούτοις ἐνεργάσασθαι τὴν φύσιν, ἀλεκτορίδων ἐπιγονῆς καὶ κυνῶν καὶ ἄρκτων προνοοῦσαν, ἀλλ' οὐχ ἡμᾶς δυσωποῦσαν καὶ τιτρώσκουσαν; ἐπιλογιζομένους ὅτι ταῦτα παραδείγματα τοῖς ἑπομένοις, τοῖς δὲ ἀναλγήτοις ὀνείδη πρόσεστι τῆς ἀπαθείας, δι' ὧν κατηγοροῦσι τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως μόνης, μὴ προῖκα τὸ στέργειν ἐχούσης, μηδὲ ἐπισταμένης φιλεῖν ἄνευ χρείας. Θαυμάζεται γὰρ ἐν τοῖς θεάτροις ὁ εἰπών,

Μισθοῦ γὰρ ἀνθρώπου τις ἄνθρωπον φιλεῖ·

F. 4. περιτέρχονται] Legendum προσέρποντα, *adrepentia.*
F. 5. κυνέας δὲ καὶ δρακοντίας] Ita omnes libri: tamen videtur κύνας καὶ δράκοντας, ut Mez. corrigit, et vertunt Amiot. ac Xyl.

ante oculos habemus, ac cernimus quo modo pullos ſuos foveant, alios paſſas ſub alas recipientes, aliis tergum conſcendendum et undiquaque aditum præbentes, ſimulque blandam et gaudii indicem vocem edentes: eædem canes et angues fugiunt, cum ſibi metuunt: cum vero pullis timent, defendunt, et ultra quam vires patiantur iis propulſandis certant. Enimvero hujuſmodi affectiones opinabimur iſtis animalibus ingeneraſſe naturam, de gallinarum, canum, urſarum propagatione ſollicitam: non nos hoc modo pudore voluiſſe afficere? nimirum reputantes, iſta naturam ſequentibus exemplorum loco eſſe: duris autem ſuam exprobrare inhumanitatem, propter quos ſola hominis incuſatur natura, quod amorem gratuitum non ferat, neque niſi utilitatis cauſa diligere norit. In admiratione enim eſt is qui in theatris pronunciavit,

Mercedis ergo namque hominem homo diligit:

κατ' Ἐπίκουρον, ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν, μήτηρ τὸ τέκνον, οἱ παῖδες τοὺς τεκόντας. Ἀλλὰ εἰ λόγου γένοιτο τοῖς θηρίοις σύνεσις, καὶ τοῦτό τις εἰς κοινὸν θέατρον συναγαγὼν ἵππους καὶ βόας καὶ κύνας καὶ ὄρνιθας, ἀναφ-
B θέγξαιτο μεταγράψας, ὡς οὔτε κύνες ἐπὶ μισθῷ σκύλακας φιλοῦσιν, οὔτε ἵπποι πώλους, οὔτε ὄρνιθες νεοττοὺς, ἀλλὰ προῖκα καὶ φυσικῶς, ἐπιγνωσθήσεσθαι τοῖς ἁπάντων πάθεσιν ὡς εὖ καὶ ἀληθῶς λεγόμενον. Αἰσχρὸν γὰρ, ὦ Ζεῦ, τὰς θηρίων γενέσεις καὶ λοχείας καὶ ὠδῖνας καὶ τεκνοτροφίας φύσιν εἶναι καὶ χάριν, τὰς δὲ ἀνθρώπων, δάνεια καὶ μισθοὺς καὶ ἀρραβῶνας ἐπὶ χρείαις διδομένους.

γ'. Ἀλλ' οὔτε ἀληθὴς ὁ λόγος, οὔτε ἄξιον ἀκούειν· ἡ γὰρ φύσις, ὥσπερ ἐν φυτοῖς ἀγρίοις, οἷον οἰνάνθαις, ἐρινεοῖς, κοτίνοις, ἀρχὰς ἀπέπτους καὶ ἀτελεῖς ἡμέρων καρπῶν εἶναι φύσει· οὕτω τοῖς μὲν ἀλόγοις τὸ πρὸς τὰ ἔκγονα φιλό-

B. 11. εἶναι φύσει] Forte ἐνέφυσε, quod et Reiſk. vidit.

Epicurus cenſet hoc pacto a parentibus liberos, et a liberis parentes amari. Quod ſi ſermonis intelligentia brutis concederetur, et coactis in theatrum commune equis, bobus, canibus, volucribus, mutato carmine pronunciaret aliquis, neque a canibus catulos mercedis gratia, neque ab equis equuleos, neque ab avibus pullos, ſed gratis et naturæ impulſu diligi: omnium brutorum affectionibus hoc ut recte ac vere dictum approbaretur. Turpe enim, proh Jupiter, fuerit, beſtiarum procreationes, partus, dolores in partu, educationes gratis eſſe et a natura: homines vero fœnus, mercedem, arrabones iſtarum rerum cauſa exigere.

III. Sed neque verum hoc eſt, neque dignum creditu. Natura enim ſicut in plantis ſylveſtribus, ut labruſcis, caprificis, oleaſtris principia fructuum mitium cruda et imperfecta gignit: ita brutis quoque amorem fœtus inſevit

Digitized by Google

στοργὴν, ἀτελὲς καὶ οὐ διαρκὲς πρὸς δικαιοσύνην, οὐδὲ τῆς C χρείας προσωτέρω προερχόμενον ἔδωκεν· ἀνθρώπου δὲ, λογικὸν καὶ πολιτικὸν ζῶον, ἐπὶ δίκην καὶ νόμον εἰσάγουσα καὶ θεῶν τιμὰς, καὶ πόλεων ἱδρύσεις καὶ φιλοφροσύνην, γενναῖα καὶ καλὰ καὶ φερέκαρπα τούτων σπέρματα παρέσχε τὴν πρὸς τὰ ἔγγονα χάριν καὶ ἀγάπησιν, ἀκολουθοῦσα ταῖς πρώταις ἀρχαῖς· αὗται δὲ ἦσαν ἐν ταῖς τῶν σωμάτων κατασκευαῖς. Πανταχοῦ μὲν γὰρ ἡ φύσις ἀκριβὴς καὶ φιλότεκνος καὶ ἀνελλιπὴς καὶ ἀπερίτμητος, οὐδὲν, ὡς ἔφησεν Ἐρασίστρατος, ἔχουσα ῥωπικὸν, τὰ δὲ περὶ τὴν γένεσιν ἀξίως οὐκ ἔστι D εἰπεῖν, οὐδὲ εὐπρεπὲς ἴσως λίαν ἀκριβῶς τῶν ἀπορρήτων ἐφάπτεσθαι τοῖς ὀνόμασιν καὶ τοῖς ῥήμασιν, ἀλλ' ἀποκειμένων καὶ κεκρυμμένων ἐπινοεῖν τὴν πρὸς τὸ γεννᾶν καὶ λοχεύεσθαι τῶν μορίων ἐκείνων εὐφυΐαν. Ἀρκεῖ δὲ ἡ

C. 2. προερχόμενον] Sic Baſ. Xyl. A. B. C. E. At Ald. Steph. ejus ſequaces Gr. Lat. προσερχόμενον.
C. 9. φιλότεκνος] Legendum φιλότεχνος, ut vertit Xyl.
D. 1. ῥωπικὸν] Ita Xyl. Vulgo, ῥοπικόν·

imperfectum et non pertinentem ad juſtitiam, neque ultra utilitatem ſeſe proferentem: homini vero, quem protulit ut animal eſſet ratione præditum, ac civile, juſtitiamque, leges, et deum coleret, urbeſque conderet et amice cum aliis viveret, ſemina quoque harum rerum præclara, pulchra, et fœcunda inſeruit, amorem ſcilicet prolis: ſecuta in hoc prima principia, quæ in ipſa corporis inſunt conſtructione. Etenim natura, cum omnibus in rebus accuratam artificioſamque adhibeat diligentiam, nihilque mancum aut ſupervacaneum admittat, et, ut ait Eraſiſtratus, nihil habeat otioſum aut frivolum, nulla oratione ſatis explicari poteſt, qua induſtria confecerit ea quæ ad humani generis procreationem attinent. Ac fuerit fortaſſe non ſatis decorum nimis ſubtiliter ea perſequi, quorum vocabula parum honeſte proferuntur, ſed occultantur; ut intelligi poſſit quæ ſit et quam apta conſtitutio eorum membrorum, quæ gignendo, fovendo, in lucem edendo et enutriendo

Digitized by Google

τοῦ γάλακτος ἐργασία καὶ οἰκονομία τὴν πρόνοιαν αὐτῆς ἐμφῆναι καὶ ἐπιμέλειαν. Τοῦ γὰρ αἵματος ὅσον περίττωμα τῆς χρείας ἐν ταῖς γυναιξὶ δι' ἀμβλύτητα καὶ μικρότητα τοῦ πνεύματος ἐπιπολάζον ἐμπλανᾶται καὶ
E βαρύνει, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον εἴθισται καὶ μεμελέτηκεν ἐμμήνοις ἡμερῶν περιόδοις, ὀχετοὺς καὶ πόρους αὐτῷ τῆς φύσεως ἀναστομούσης, ἀποχεόμενον, τὸ μὲν ἄλλο σῶμα κουφίζειν καὶ καθαίρειν, τὴν δὲ ὑστέραν οἷον ἀρότρῳ καὶ σπόρῳ γῆν ἐν φυτοῖς ὀργῶσαν ἐν καιρῷ παρέχειν. Ὅταν δὲ τὴν γονὴν ἀναλάβῃ προσπεσοῦσα ἡ ὑστέρα, καὶ περιστείλῃ ῥιζώσεως γενομένης· ὁ γὰρ ὀμφαλὸς πρῶτον ἐν μήτρῃσιν, ὥς φησι Δημόκριτος, ἀγκυρηβόλιον σάλου καὶ πλάνης ἐμφύεται, πεῖσμα καὶ κλῆμα τῷ γενομένῳ καρπῷ καὶ μέλλοντι· τοὺς μὲν ἐμμήνους καὶ καθαρσίους ἔκλει-
F σεν ὀχετοὺς ἡ φύσις, τοῦ δὲ αἵματος ἀντιλαμβανομένη

E. 4. τὴν δὲ ὑστέραν—παρέχειν] Subeſt vitium, forte ita corrigendum: τὴν δὲ ὑστέραν, οἷον ἀρότρῳ καὶ σπόρῳ γῆν, ἐμφυτεύσει ὀργῶσαν ἐν καιρῷ παρέχειν.

E. 6. προσπεσοῦσα] Forte, προσπεσοῦσαν.

E. 10. μέλλοντι· τοὺς μὲν] Ita Baſ. Xyl. Vulgo, μέλλοντι· καὶ τοὺς μέν.

homini natura deſtinavit. Sola lactis confectio ac diſpenſatio ſufficit ad demonſtrandam naturæ providentiam atque induſtriam. Quantum enim ſanguinis in mulieribus ſupra neceſſarios uſus abundat, atque ob languorem exiguitatemque ſpiritus in ſuperficie vagans moleſtia adficit: id reliquo tempore ſolet menſtruis dierum circuitionibus, natura ad hoc canales et meatus aperiente, effundi, et cum reliquum corpus levare ac purgare, tum uterum tanquam arvum aratro et ſemini concipiendo aptum avidumque tempeſtive reddere. Verum poſtquam genitale ſemen complexus eſt uterus, actis, jam radicibus: (primum enim in utero umbilicus naſcitur, ut ait Democritus, tanquam anchora qua fœtus nitatur contra fluctuationes, et tanquam retinaculum aut pedamentum conceptæ ſobolis) ibi tum menſtruæ illos purgationi aptos meatus natura occludit,

φερομένου, τροφῇ χρῆται καὶ καταρδεῖ τὸ βρέφος ἤδη συν-
ιστάμενον καὶ διαπλαττόμενον· ἄχρις οὗ τοὺς προσήκον-
τας ἀριθμοὺς τῇ ἐντὸς αὐξήσει κινηθὲν, ἑτέρας ἀνατροφῆς
καὶ χώρας δέηται· τότε οὖν τὸ αἷμα παντὸς ἐμμελέστε-
ρον φυτουργοῦ καὶ ὀχετηγοῦ πρὸς ἑτέραν ἀφ' ἑτέρας ἐκ-
τρέπουσα, καὶ μεταλαμβάνουσα χρείαν, ἔχει παρεσκευ-
ασμένας οἷον ἐγγείους ἤ τινας κρήνας νάματος ἐπιρρέοντος,
οὐκ ἀργῶς οὐδὲ ἀπαθῶς ὑποδεχομένας, ἀλλὰ καὶ 496
πνεύματος ἠπίῳ θερμότητι καὶ μαλακῇ θηλύτητι, ἐκ-
πέψαι καὶ λεᾶναι καὶ μεταβαλεῖν δυναμένας· τοιαύτην
γὰρ ὁ μαστὸς ἔχει ἐντὸς διάθεσιν καὶ κρᾶσιν. Ἐκχύσεις
δὴ τοῦ γάλακτος οὐκ εἰσὶν, οὐδὲ κρουνοὶ μεθιέντες ἀθρό-
ως, εἰς δὲ σάρκα πιδακώδη καὶ πόρους ἀτρέμα λεπτοὺς
διηθοῦσαν ἀπολήγοντες, εὐμαθὲς τῷ τοῦ νηπίου στόματι καὶ
προσφιλὲς ψαῦσαι καὶ περιλαβεῖν ἐνδιδόασι ταμιεῖον.
Ἀλλὰ τούτων γε τῶν τοσούτων ἐπὶ τὴν γένεσιν ἐργαλείων,

F. 4. κινηθὲν] Corrigendum κινηθὲν, ut Xyl. monuit.
F. 8. ἤ τινας] Delendum ἤ.
A. 2. ἐκπέψαι] Sic A. B. E. P. Xyl. Vulgo, ἐκτρίμψαι.
A. 5. δὴ τοῦ γάλακτος] δὴ mutandum in δὲ, cum Reiſkio.

ſanguinemque vagum arripiens, eo alimenti loco utitur, fœtumque humectat eo, qui jam cogitur et fingitur, donec juſto dierum numero in utero exacto auctus alium locum is, aliumque victum requirat. Exinde natura quovis ſolertior colono ſanguinem ad alios identidem derivans uſus, paratos habet quaſi ſubterraneos fontes quoſdam, qui laticem affluentem recipiant, et quidem recipiant non otioſe aut ſine affectione aliqua, ſed ſpiritus leni calore muliebrique mollitie excoquant, lævigent, ac mutent. Hoc enim modo ubera interne ſunt affecta atque temperata. Lac autem ex iis non per tubulos confertim effunditur, ſed in carnem ſcaturiginum plenam ac ſenſim exilibus meatibus perviam deſinentia ubera, infantis ori tactu ſuavem et lenem penum præbent. Verum enimvero hæc tot tantaque ad pro-

Digitized by Google

καὶ τοσούτων οἰκονομιῶν, καὶ φιλοτιμίας, καὶ προνοίας, οὐδὲν ἦν ὄφελος, εἰ μὴ τὸ φιλόστοργον ἡ φύσις καὶ κηδεμονικὸν ἐνειργάσατο ταῖς τεκούσαις.

B Οὐ μὲν γάρ τί που ἐστὶν ὀϊζυρώτερον ἀνδρὸς,
Πάντων ὅσσα τε γαῖαν ἐπιπνείει τε καὶ ἕρπει·

τοῦτο οὐ ψεύδεται λέγων ἐπὶ νηπίου καὶ ἀρτιγενοῦς. Οὐδὲν γάρ ἐστιν οὕτως ἀτελὲς, οὐδὲ ἄπορον, οὐδὲ γυμνὸν, οὐδὲ ἄμορφον, οὐδὲ μιαρὸν, ὡς ἄνθρωπος ἐν γοναῖς ὁρώμενος. ᾧ μόνῳ σχεδὸν οὐδὲ καθαρὰν ἔδωκεν εἰς φῶς ὁδὸν ἡ φύσις, ἀλλ' αἵματι πεφυρμένος, καὶ λύθρου περίπλεως, καὶ φονευομένῳ μᾶλλον ἢ γεννωμένῳ ἐοικὼς, οὐδενός ἐστιν ἅψασθαι καὶ ἀνελέσθαι καὶ ἀσπάσασθαι καὶ περιλαβεῖν, ἢ
C τοῦ φύσει φιλοῦντος. Διὸ τῶν μὲν ἄλλων ζώων ὑπὸ τὴν γαστέρα τὰ οὔθατα χαλᾷ τοὺς μαστοὺς, ταῖς δὲ γυναιξὶν ἄνω γεγόνασιν περὶ τὸ στέρνον ἐν ἐφικτῷ τοῦ φιλῆσαι καὶ περιπτύξαι καὶ κατασπάσασθαι τὸν νήπιον· ὡς τοῦ τεκεῖν καὶ θρέψαι τέλος οὐ χρείαν, ἀλλὰ φιλίαν, ἔχοντος.

creationem inſtrumenta, tot apparatus, tantum ſtudium, tantaque providentia nihil erant profutura, niſi parientibus natura amorem procurationemque foetus ſui ingeneraſſet:

Quando nil ſpirat, terra neque repit in alma
Tam miſerum, quam ſunt homines,—

id quod de infante recens nato dictum, minime fallit. Nihil enim eſt ita imperfectum, inops, nudum, informe, ſpurcum, ut homo a partu ſtatim conſpectus: cui ſoli fere ne exitum quidem purum in lucem natura conceſſit: ſed ſanguine inquinatus, taboque oppletus, et occiſo magis quam nato ſimilis, a nemine tangi, tolli, ſuaviari, et amplexu foveri poteſt, niſi natura inſitum gerente amorem. Itaque aliis quidem animalibus infra ventrem ubera in mammas deſinunt: mulieri ſuperne ad pectus naſcuntur, ut in promtu ſit oſculari, amplectique et fovere infantem; nimirum quia pariendi et alendi finis eſt non neceſſitas ſed amor.

Digitized by Google

δ'. Ἐπὶ τοὺς παλαιοὺς ἀνάγαγε τὸν λόγον, ὧν ταῖς μὲν τεκεῖν πρώταις, τοῖς δ' ἰδεῖν συνέβη τικτόμενον βρέφος. Οὔτε νόμος ἦν ἐκείνοις τεκνοτροφεῖν προστάττων, οὔτε προσδοκία χάριτος ἢ τροφείων ἐπὶ νέοις δανειζομένων. Χαλεπὰς δὲ μᾶλλον εἴποιμ' ἂν εἶναι καὶ μνησικάκους τὰς τικούσας τοῖς βρέφεσιν, κινδύνων τε μεγάλων καὶ πόνων αὐταῖς γινομένων.

Ὡς δ' ὅταν ὠδίνουσαν ἔχῃ βέλος ὀξὺ γυναῖκα, D
Δριμὺ, τό, τε προϊᾶσι μογοστόκοι Εἰλείθυιαι,
Ἥρης θυγατέρες, πικρὰς ὠδῖνας ἔχουσαι.

Ταῦτα οὐχ Ὅμηρον αἱ γυναῖκες ἀλλ' Ὁμηρίδα γράψαι λέγουσιν, τεκοῦσαν ἢ τίκτουσαν ἔτι, καὶ τὸ μίγμα τῆς ἀλγηδόνος ὁμοῦ πικρὸν καὶ ὀξὺ γινόμενον ἐν τοῖς σπλάγχνοις ἔχουσαν. Ἀλλὰ τὸ φυσικὸν φιλόστοργον ἔκαμπτε καὶ ἦγεν· ἔτι θερμὴ καὶ διαλγὴς καὶ κραδαινομένη τοῖς πόνοις, οὐχ ὑπερέβη τὸ νήπιον οὐδὲ ἔφυγεν, ἀλλ' ἐπεστράφη καὶ προσεμειδίασε, καὶ ἀνείλετο καὶ ἠσπάσατο· μηδὲν E

D. 5. μίγμα] Reiſk. νύγμα: poterat etiam δῆγμα. Vulgata forte ſana.

IV. Refer enim ſermonem ad priſca tempora: quæ primæ pepererunt, qui primi natum infantem viderunt, his neque lex ulla neceſſitatem alendæ prolis imponebat, neque exſpectatio gratiæ jubebat infantibus alimenta tanquam fœnore locare. Quinimmo infenſæ potius proli, et memores acceptorum maleficiorum erant alioqui futuræ: utpote tantis periculis, laboribus, doloribuſque exhauſtis.

Ut cum parturiens mulier penetrante ſagitta
Fixa gemit, duris quam partibus Eileithyæ
Quæ præſunt, natæ jaciunt Junonis acerbam,
Et ſævos partu cumulant urgente dolores.

Hæc mulieres aiunt non ab Homero ſcripta fuiſſe, ſed ab aliqua Homeride, quæ peperiſſet, aut etiamnum pareret, mixtionemque doloris ſimul acerbi atque acuti in viſceribus ſentiret. Verum inſitus a natura amor parientem flectit atque ducit. Etiamnum calida doloribus ac cruciatibus concuſſa et tremebunda, infantem non præterit neque fugit, ſed ad eum ſe convertit, arridet, tollit, oſculatur; nul-

Digitized by Google

ἡδὺ καρπουμένη, μηδὲ χρήσιμον, ἀλλ' ἐπιπόνως καὶ ταλαιπώρως ἀναδεχομένη

—— τῶν σπαργάνων, ἱρειπίοις
Θάλπουσα καὶ ψύχουσα, καὶ πόνῳ πόνον
Ἐκ νυκτὸς ἀλλάσσουσα τὸν καθ' ἡμέραν.

τίνων ταῦτα μισθῶν ἢ χρειῶν ἐκείνοις; ἀλλ' οὐδὲ τοῖς νῦν· αἱ γὰρ ἐλπίδες ἄδηλοι καὶ μακραί. Ἄμπελον ἰσημερίας ἐαρινῆς σκάψας, μετοπωρινῆς ἐτρύγησε· πυρὸν ἔσπειρε δυομένης πλειάδος, εἶτα ἀνατελλούσης θερίζει· βόες καὶ ἵπποι καὶ ὄρνιθες ἕτοιμα τίκτουσιν ἐπὶ τὰς χρείας·
F ἀνθρώπου δὲ ἡ μὲν ἐκτροφὴ πολύπονος, ἡ δὲ αὔξησις βραδεῖα· τῆς δὲ ἀρετῆς μακρᾶς οὔσης, προαποθνήσκουσιν οἱ πλεῖστοι πατέρες. Οὐκ ἐπεῖδε τὴν Σαλαμῖνα Νεοκλῆς τὴν Θεμιστοκλέους, οὐδὲ τὸν Εὐρυμέδοντα Μιλτιάδης τὸν Κίμωνος, οὐδὲ ἤκουσε Περικλέους Ξάνθιππος δημηγοροῦντος, οὐδὲ Ἀρίστων Πλάτωνος φιλοσοφοῦντος, οὐδὲ Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους νίκας οἱ πατέρες ἔγνωσαν· ψελ-

E. 4. τῶν σπαργάνων] Tragici locum diſtinxi a Plutarchi oratione. Vid. Lennep. ad Phalar. p. 19.
F. 2. μακρᾶς] Immo μακρὰν, ut et Reiſk. monuit.

lam ſane percipiens dulcedinem, nullam utilitatem, ſed laborioſe et ærumnoſe

Ad hoc paratis excipiens cunabulis
Fovet, refrigeratque, identidem novum
Cumulans laborem, nocturnumque opus
Mutans diurno.—

Qui vitem æquinoctio verno ſerit, uvas ex ea legit autumnali: occidentibus Pleiadibus qui triticum ſeminat, metit ſub ortum earum: boves, equi, alites, jam uſibus paratos edunt fœtus. Hominis educatio laborioſa eſt, incrementum tardum, virtus ita in longinquo ſita, ut plerique parentes prius ex hac vita decedant, quam filiis virtutem ſuam demonſtrent. Non vidit Salaminiam Themiſtoclis victoriam Neocles, neque Cimonis res ad Eurymedontem geſtas Miltiades, non audivit Periclem concionantem Xanthippus, neque Platonem philoſophantem Ariſto, neque Euripidis et Sophoclis victorias patres eorum cognove-

λιζόντων καὶ συλλαβιζόντων ἠκροῶντο, καὶ κώμους καὶ πότους καὶ ἔρωτας αὐτῶν οἱ ἄνθρωποι πλημμελούντων ἐπεῖδον· ὥστε ἐπαινεῖσθαι καὶ μνημονεύεσθαι τοῦ Εὐήνου τοῦτο μόνον, 497
ὡς ἐπέγραψεν,

Ἢ δέος, ἢ λύπη παῖς πατρὶ πάντα χρόνον·

Ἀλλ' ὅμως οὐ παύονται παῖδας τρέφοντες, μάλιστα δὲ οἱ παίδων ἥκιστα δεόμενοι. Γελοῖον γὰρ εἴ τις οἴεται τοὺς πλουσίους θύειν καὶ χαίρειν γενομένων αὐτοῖς τέκνων, ὅτι τοὺς θρέψοντας ἕξουσι καὶ τοὺς θάψοντας. Εἰ μὴ νὴ Δία κληρονόμων ἀπορίᾳ παῖδας τρέφουσιν. Οὐ γάρ ἐστιν εὑρεῖν οὐδ' ἐπιτυχεῖν τοῦ τἀλλότρια βουλομένου λαμβάνειν.

Ψάμμος ἢ κόνις ἢ πτερὰ ποικιλοθρόων οἰωνῶν τόσσον οὐκ ἔχει ἀριθμὸν,

ὅσος ἐστὶν ὁ τῶν κληρονομούντων.

Δαναὸς ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατήρ· B

εἰ δὲ ἄτεκνος ἦν, πλείονας ἂν εἶχε κληρονομοῦντας, καὶ οὐχ ὁμοίως. Οἱ μὲν γὰρ παῖδες χάριν οὐδεμίαν ἔχουσιν,

A. 3. Ἢ δέος, ἢ λύπη] Exhibui veram lectionem, ſervatam in codice Mediceo Artemidori I, 6; proditam a D. Ruhnkenio ad Rutil. Lup. p. 39. Vulgo hic omnes libri habent Ἰδὲ ὅτι ἡ λύπη.

runt. Balbutientes eos, et litteras in ſyllabas cogentes audiverunt: comeſſationes, potationes, amores, aliaque id genus filiorum delicta, videre patribus contingit: adeo ut illa duntaxat Eveni inſcriptio memoretur ac laudetur,

Semper dolor timorve patri filius.

Et tamen finem non faciunt filios educandi, ii maxime, quibus nihil opus eſt filiis. Ridiculum eſt enim opinari divites natis ipſis liberis rem ſacram facere et gaudere, quia habeant alimenta præbituros et ſepulturam curaturos. Niſi, mehercle, hæredum inopia liberos alunt: ſcilicet quia non licet invenire qui aliena accipere velit.

Arena, pulvis, et pennæ avium varias voces edentium tanto non ſunt numero,

quantus eſt hæreditates ambientium.

Danaus natarum quinquies decem pater:

qui ſi prole caruiſſet, vel plures habuiſſet hæredes, et alia ratione. Filii enim gratiam hanc ob cauſam non habent,

Digitized by Google

οὐδὲ ἕνεκα τούτου θεραπεύουσιν, οὐδὲ τιμῶσιν, ὡς ὀφείλημα τὸν κλῆρον ἐκδεχόμενοι. Τῶν δὲ ἀλλοτρίων περὶ τὸν ἄτεκνον φωνὰς ἀκούεις ταῖς κωμικαῖς ἐκείναις ὁμοίας,

Ὦ δῆμε, λοῦσαι πρῶτον, ἐκδικάσας μίαν
Ἔνθου, ῥόφησον ἔντραγ' ἔχε τριώβολον.

Τὸ δὲ ὑπὸ τοῦ Εὐριπίδου λεγόμενον·

Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους,
Δύναμίν τε πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχειν,

C οὐχ ἁπλῶς ἀληθές, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἀτέκνων· τούτους οἱ πλούσιοι δειπνίζουσιν, οἱ ἡγεμόνες θεραπεύουσιν, οἱ ῥήτορες μόνοις τούτοις προῖκα συνηγοροῦσιν.

Ἰσχυρόν ἐςι πλούσιος ἀγνοούμενος
Ἔχων κληρονόμον·———

πολλοὺς γοῦν πολυφίλους καὶ πολυτιμήτους ὄντας, ἓν παιδίον γεννώμενον ἀφίλους καὶ ἀδυνάτους ἐποίησεν. Ὅθεν οὐδὲ πρὸς δύναμιν οὐθέν ἐστιν ὠφέλιμον ἀπὸ τῶν τέκνων, ἀλλὰ τῆς φύσεως τὸ πᾶν κράτος, οὐχ ἧττον ἐν ἀνθρώποις ἢ θηρίοις.

B. 7. Ὦ δῆμε, λοῦσαι] Sic Jannot. Collat. Muret. Anon. et auctor. Ariſtoph. Equ. 50. unde et ἔχε pro ἔχει ſumſimus. Vulgo, Ὦ δὴ μέλουσαι.
C. 4. Ἰσχυρόν—κληρονόμον] Xylandrum ſecutus a proſa oratione diſtinxi.

neque colunt ac venerantur eo nomine: ſed, ut rem debitam, hæreditatem expectant. At alienorum circa liberis carentem voces audiuntur, ſimiles comicis iſtis,

O popule Athenienſis, nunc primum lava;
Poſtquam unum judicaſti diem cibum cape,
Sorbe vinum, comede, habe tibi triobolum.

Jam quod Euripides dixit,

Hominibus amicos conciliat pecunia,
Rebuſque plurimum in mortalium poteſt,

non eſt ſimpliciter verum, ſed de iis quibus nulli ſunt liberi. His pecuniam divites dant mutuam, hos principes colunt, his ſolis oratores gratis patrocinantur.

Multum poteſt hæredem habens incognitum
Dives:—

itaque ergo multos qui amicorum magnum haberent numerum, et a multis honorarentur, unica nata proles amicis potentiaque exuit. Ita ne ad potentiam quidem liberi conducunt: ſed naturæ tota eſt vis, non minus apud homines, quam apud beſtias.

Digitized by Google

ε'. Ἐξαμαυροῦται γὰρ καὶ ταῦτα καὶ πολλὰ τῶν ἄλλων, ὑπὸ τῆς κακίας, ὥσπερ λόχμης ἡμέροις σπέρμασι παραβλαστανούσης. Ἢ μηδὲ ἑαυτὸν φύσει στέργειν τὸν ἄνθρωπον λέγομεν, ὅτι πολλοὶ σφάττουσιν ἑαυτοὺς καὶ D καταχρημνίζουσιν; ὁ δὲ Οἰδίπους

Ἤρασσεν ἐπαίρων βλέφαρα· φοίνιαι δ' ὁμοῦ—

Ἡγησίας διαλεγόμενος πολλοὺς ἐποίησεν ἀποκαρτερῆσαι τῶν ἀκροωμένων.

Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων·

ταῦτα δὲ ἐστὶν, ὥσπερ ἐκεῖνα, νοσήματα καὶ πάθη ψυχῆς τοῦ κατὰ φύσιν ἐξιστάντος τὸν ἄνθρωπον, ὡς αὐτοὶ καταμαρτυροῦσιν ἑαυτῶν. Ἂν γὰρ ὗς τεκοῦσα δελφάκιον, ἢ κύων διασπαράξῃ σκυλάκιον, ἀθυμοῦσι καὶ ταράττονται, καὶ θεοῖς ἀποτρόπαια θύουσι, καὶ τέρας νομίζουσιν, ὡς

C. 11. Ἐξαμαυροῦται γὰρ] γὰρ mutandum videtur in δέ: ita Amiot. Mez. Reiſk.

D. 1. λέγομεν] Scribendum λέγωμεν. Mez.

D. 3. Ἤρασσεν] Sophoclis Oed. Tyr. 1285. Hoc retinui: at ἐπαίρων, pro ἀπαίρων, ſumſi ex B. C. E. P. et Sophocle: item ex Sophocle φοίνιαι δ' ὁμοῦ—pro vulgato φοίνιαι δόμοι: quæ verba vel librarius addidit, vel iis proxima omiſit.

D. 8. ἐξιστάντος] Corrigendum, ἐξιστάντων, cum Reiſkio.

V. Obſcurantur autem et hæc et multa alia a vitiis: ſicut cum ſylva hortenſibus ſeminibus conſita floret. An hoc dicemus, ne ſeipſum quidem diligere hominem? quia multi ſeipſos jugulant aut præcipites dant, et Œdipus ſibi

Oculos domo funeſta averſos eruit:

et Hegeſias ſua diſputatione multos auditorum permovit ut mortem ſibi conſciſcerent.

Multæ ſunt ſpecies rerum fatalium.

Verum et hæc et iſta, morbi ſunt, affectioneſque animi a ſua deſciſcentis natura: et homines ipſi hic contra ſe dicunt teſtimonium. Si enim porca aut canis a ſe editum fœtum dilaniaverit, animum abjiciunt, perturbantur, ac Diis pro averruncanda calamitate ſacrificant, remque pro oſtento habent: quia ſentiunt a natura animalibus omnibus datum

Digitized by Google

πᾶσι καὶ κατὰ φύσιν στέργειν τὰ τικτόμενα καὶ τρέφειν
E οὐκ ἀναιρεῖν προσῆκον. Οὐ μὴν ἀλλ' ὥσπερ ἐν τοῖς μετάλλοις πολλῇ συμπεφυρμένον γῇ καὶ καταχεχωσμένον, ὅμως διαστίλβει τὸ χρυσίον, οὕτως ἡ φύσις ἐν αὐτοῖς τοῖς ἡμαρτημένοις ἤθεσι καὶ πάθεσιν ἐκφαίνει τὸ πρὸς τὰ ἔγγονα φιλόστοργον. Οἱ μὲν γὰρ πένητες οὐ τρέφουσι τέκνα, φοβούμενοι μὴ χεῖρον ἢ προσήκει τραφέντα δουλοπρεπῆ καὶ ἀπαίδευτα, καὶ τῶν καλῶν πάντων ἐνδεᾶ γένηται· τὴν γὰρ πενίαν ἔσχατον ἡγούμενοι κακὸν, οὐχ ὑπομένουσι μεταδοῦναι τέκνοις ὥσπερ τινὸς χαλεποῦ καὶ μεγάλου νοσήματος.

D. 12. καὶ κατὰ φύσιν] Sic B. Mez. Vulgo, καὶ παρὰ φύσιν.

ut ament ſuos fœtus, et enutriant, non ut interficiant. Enimvero ſicut in metallis aurum, quanquam multa terra permixtum atque tectum, tamen enitet: ſic natura etiam in vitioſis factis atque affectibus amorem prolis declarat. Pauperes enim non alunt liberos, metuentes ne juſto deterius educati, ſerviles, et rudes culturæ, omniumque bonorum inopes fiant: nam paupertatem, quam ultimum malorum cenſent, tanquam gravem et magnum morbum, non ſuſtinent ſuæ proli tradere.

FINIS VOL. II.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google